Q. B. V.

DISPUTATIO SOLENNIS

DE

JURE CADUCARIO,

QUAM

ADSPIRANTE DIVINA GRATIA,

PRÆSIDE

VIRO Nobiliſſimo, Ampliſſimo & Conſultiſſimo,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DN. GERHARDO von Stöffen/

U.J.D. in almâ Argentinenſium Univerſitate Pandect. Prof. Publ. celeberrimo, h. t. Facult. Jurid. DECANO, DN. Præceptore, Patrono atq; Affine ſuo ſummè colendo,

Eruditorum Diſquiſitioni ſubmittit

ULRICUS MARBACHIUS,

Arg. Auth. & Reſp.

Ad diem 22. Menſ. April.

horis locoq; conſuetis.

ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

Anno M DC LXXV.

SPLENDIDISSIMI LEGATI

SCHENCKBE-CHERIANI

MUNIFICENTISSIMIS

DISPENSATORIBUS,

VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS atq; SPECTATISSIMIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DOMINIS

Evergetis, Mecœnatibus ac Patronis maximis,

HOC EXERCITIUM ACADEMICUM

In

Grati animi teſtimonium,
Debitæ ſubmiſſionis arrham,
Spemque duraturi in ſe ſuaque Studia patrocinii
ulterioriſque benevolentiæ,

devotâ humilitate ac reverentiâ
offert & conſecrat

AUTHOR.

I. N. D. N. J. C.

PRÆFATIO.

QUemadmodum ut quæcunq; aliæ res in communis vitæ uſum aſſumantur, ipſarum commoditas facit, & quæ utilitatem aliquam adferunt, magnifacimus: quæ verò ad nihil conducunt, contemnimus: ſic omninò & ad legalium capitum compoſitionem nos accommodari oportebit, ut quarum uſus aliquis ſit, qui bono aliquo Rempublicam beet, hæ neceſſariò ferantur & honorentur: quarum verò uſurpatio aut nullius momenti, aut mala ſit, harum non modò non ratio habeatur, ſed etiam è legum corpore exemptæ rejiciantur: Verba ſunt Imp. Leonis *Nov.* 46. quibus univerſam ſtudiorum noſtrorum rationem ad Rempublicam accommodandam eſſe ſeriò omnes adhortatur. Huc quoque collimant Veteres JCti *in l. 25. pr. ff. de liberat. leg. l. 1. ff. de in integr. reſtit. l. 1. ff. ad exhib. l. 44 pr. ff. de uſucap.* Quibus adſtipulantur ſucciſa quidem ſed multæ comprehenſionis ac prudentiæ verba, VIRI, quondam ſummi famâ & veritate BOECLERI, b. m. Præceptoris mei honoratiſſimi, in nunquam ſatis laudatâ commendatione ad *Tacit. Hiſtor. l. 4. c. 5. p. 761. Vitæ enim,* dicit, *diſcere debes, non Scholæ; utilitati publicæ, non privatæ oſtentationi; ad uſum non ad ſpeciem.* Horum monitis tractationem *de Jure Caducario,* ſive, quod de rebus caducis agit, (quod

A alii

alii *Jus Caduci* appellant. *vid. Beſold. in Theſ. Pract. lit. H. n.25. in voce* Hauptrecht. *Bechtold. in Syllog. Mater. in voce Caducum.*) ad modum Exercitii Academici convenientem eſſe duxi: quam licet pro ſublimitate atque dignitate, utpote quæ tàm ex latiſſimo Juris noſtri corpore ejusqué Interpretibus haurienda, quàm ex quotidiano rerum uſu, diſcenda veniat, non ſim elaboraturus, ſpero tamen, ſi opus conatui non reſpondeat, B. L. memorem, quòd, ſicut

Ver non una dies, non una adducit hirundo:
Sic nec ſolertes brevis experientia rerum
Fert animos, multo prudentia ſurgit ab uſu.

non tantùm me ob ingenii tenuitatem excuſaturum, verùm etiam accuratioribus ſuis meditationibus curam qualemcunque ſuppleturum. Quò verò inſtitutum noſtrum feliciori procedat ſucceſſu,

Divinum Numen devotâ mente precamur.

PARS PRIMA,

Continens Generalia.

Ord. comm. PR. Cùm ordine nihil pulchrius & *ſcire* ſecundum vulgatiſſimum effatum, *quid facias, & neſcire, quo ordine facias; haud ſit perfectæ cognitionis,* ideoque & ego ordinem ſervaturus & exemplo Ulpiani *in l.1. pr. ff. de J. & J. l.1. pr. ff. de injur. & famoſ. libell.* Pauli *in l.1. pr. ff. de furt.* inſiſtens, à nominis notatione & rei definitione. arg. *l.2. §. 43. ff. de O. J.* tractationis telam exordiar.

THESIS I.

Not. nom. Juris. ejusque homon. *Jus* à *Juſtitiâ* dici nemini, qui primis ſaltem labris deguſtavit Juris principia incognitum fore perſuaſum habeo. *l. 1. ff. de J. & J.* Variæ illius ſunt appellationes, ut videre eſt *ex l. pen. & ult.*

ult. ff. eod. vid. *Magnif. Dn. D. Rebhan. Anteceſſorem in noſtrâ Academiâ celeberrimum, Dominum Patronum, Promotorem, Fautorem atq; Præceptorem æviternùm colendum, Chart. 2. clim. 1. n. 8. edit. prim.* Nobis hîc venit pro facultate moraliter competente. Ita etiam dicimus, Jus tutelæ, dominii, obligationis, nobilitatis &c. Eodem ſenſu utitur *Grot. de J. B. & P. lib. 1. cap. 1. §. 4.*

2. *Caducarium* à *caduco* & hoc à verbo cadere derivatur. *arg. l. 30. §. 4. ff. de V. S. j. l. un. ff. de gland. leg. Ulpian. in fragm. Tit. 17. in pr. quem approbat Goth. in not. ad rubric. l. un. C. de caduc. toll.* Accipitur Caducum variè, & quidem vel *vulgariter*, (1.) pro eo, quod ruit aut ruinæ vicinum eſt. Sic dicitur paries caducus, qui ruinam minatur. *Alciat. ad l. 30. ff. de V. Sign.* (2.) Pro eo, quod cecidit. Ita *Horatius* lignum caducum, *l. 2. od. 13.* fulmen caducum. Idem *l. 3. od. 4.* Ita *JCtus in d. l. 30.* glandem caducam, quæ cecidit, interpretatur. (3.) Pro eo, quod cadere faciat, Germanico etiam Idiomate dicitur der fallende Siechtag. Jure noſtro morbus comitialis, *l. 1. §. 1. in fin. ff. de auctor. tut. l. 53. ff. de ædil. edict. ibiq; Goth.* Alias ſignificationes vid. apud *Lexicograph.* *Juridicè* accipitur de iis rebus, quæ amittuntur, & quidem *impropriè* de iis, quæ certo modo ad dominum revertuntur, Ita emphyteuſis dicitur *caduca*, & emphyteuta jure ſuo *cadere*, quando per biennium in Eccleſiaſticis, triennium verò in temporalibus non ſolverit canonem, *arg. l. 2. & 3. C. de Emphyt.* hinc vocabulum *caducitas*, quo utitur *Goth. ad d. l. 2. lit. f.* ibi: *caducitas ei remiſſa.* & *l. 3. lit. b. in fin.* ibi: *nulla namq; ſpes caducitatis eſt: Ariſminus Tepatius* JCtus Lanceanus *in Deciſ. tit. 377. de caducitate cap. 1. & ſeqq.* Sic feudum *caducum*, quando Vaſallus propter feloniam jure, quod in re feudali habet, privatur. *Tepat. d. l. tit. 388. de feudi caducitate.* Hinc Germani, verfallene Lehen / Caduc-Güter / ꝛc. Huc facit *caduca* dos in *l. 38. §. 1. ff. de R. N.* *Propriè* ſumitur vel *generaliter*: quomodo in jure noſtro omnia ea, quæ ex aliquâ causâ in fiſcum cadunt, vocantur. *l. 3. ff. de his quæ in teſtam. del. l. 2. f. ff. ſi quis aliquem teſt. proh. l. 9. ff. ad SCt. Syllan. l. 38. l. 62. ff. de R. N. cum ſimil.* *Specialiter* verò *Ulp. in fragm. tit. 17.* id caducum eſſe dicit, quod alicui teſtamento relictum eſt ita, ut jure civili quidem capere poſſit; ſed ex aliqua causâ, v. g. ſi cœlibi

Not. nom. Caducarii eiusq; homon.

libi vel Latino Juniano legatum fuerit, non cœperit, atque ita ab eo ceciderit. Quâ ſignificatione ea bona, quæ poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas deficiant; verè *caduca*; ea verò, quæ vivo teſtatore poſt conditum teſtamentum, *quaſi caduca vel in cauſâ caduci eſſe* dicuntur, *l. un. C. de caduc. toll. Regner. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 9. n. 22. & ſeqq.* Quò pertinet ſcomma *Juvenal. Satyr. 9. verſ. 87.* & 88. de muliere adulterâ, maritum alloquente:

Jura parentis habes, propter me ſcriberis heres;
legatum omne capis, nec non & dulce *caducum*.

Generalis acceptio vocabuli caduci eſt hujus loci. Unde apud *Ulpian. in fragm. tit. 28. §. 7. in fin.* ſi nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit; aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit, populo bona deferuntur ex L. Juliâ *Caducariâ*: ex quo *Cujac.* reſtituit *l. 4. §. 17. de fideicomm. libert. ibiq; Gothofr. & ad l. 96. §. 1. de leg. 1.*

Synonym. 3. Exprimitur autem aliis quoque vocabulis. Ita *caduca & bona vacantia* promiſcuè ſumi videntur in *d. l. 96. §. 1. de leg. 1. j. t. t. C. de bon. vacant.* Hinc ille *Ciceronis* locus *lib. 3. de Orator.* Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiæ doctrinæque poſſeſſio, in quam homines (*Græci*) quaſi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis involaverunt. Huc pertinent *bona confiſcanda, in fiſcum cogenda, publicanda*, *in l. fin. §. pen. & ult. ff. de bon. eor. qui ante ſent. l. 4. C. de re milit. §. 4. & 8. Inſt. de publ. jud. l. 12. C. de bon. proſcript. l. 3. C. de bon. vac.* dicuntur quoq; *ereptitia. Ulpian. in Fragm. tit. 19. §. 17.* quod quaſi indignis eripiantur à fiſco. *arg. l. pen. de Jur. fiſc.* vid. *Barthol. à Chaſſanæo in Commentar. ad Conſuet. Burgund. Rubric. 2. tit. des Confiſcations n. 5. & 13.* *Commiſſum* quoque pro caduco accipi videtur in *l. 4. l. 12. l. 14. & l. fin. §. 3. ff. de vectig. & commiſſ.* quanquam magis ad ſpeciem referatur, quando ſcilicet non ſoluto vectigali merces dicuntur cecidiſſe in commiſſum. vid. *Conan. l. 4. c. 18. n. 8.* Eadem ratio eſt *in voce luctuoſum*, Traur-recht. *poſt Caſp. Klock. de Contribut. concluſ. 3. Stamm. in tract. de homin. propr. cap. 22. n. 2. Beſold. in Theſ. Pract. d. l.* Germanicè effertur die Verwürckung und Confiſcirung. e. g. deß Weins. Polic. Ordn. *de Ann. 1577. Tit. 16.* des Tuchs. *Tit. 21. §. 3. in fin.* Item, Hauptrecht / Todtfall/

tere Hand / Waidmahl / Gewandfäll / Fröhnlöſen / ꝛc. *Beſold. & Bechtold. d. l.*

4. Abſolutâ ita definitione nominali realem aggredimur; quæ quanquam ſit periculoſa *per l. 202. ff. de R. I.* nobis tamen ita commodè videtur deſcribi poſſe, quod *Jus Caduci* ſive *Caducarium* ſit *Jus fiſcale, quo ab eo, qui Superiorem in Republicâ non recognoſcit, vel cui conceſſione aut præſcriptione ſive conſuetudine illud jus quæſitum eſt, omnium vel partis bonorum vel certarum rerum certis ex cauſis fiſco delatarum fit publicatio atq; incorporatio, ad ſalutem & decus Reipublicæ tuendum.* vel breviùs, eſt *jus Magiſtratus, quo bona reorum fiſco deferuntur publicanturvé.* Generis loco poſui *Jus Fiſcale*; ubi (1.) ſciendum, quid ſit fiſcus. Eſt autem burſa publica, in quâ publica pecunia reponitur, quæ olim in marſupio reponi ſolebat; quod cùm non ſufficeret, reponebatur in ſacco, qui fiſcus dicitur. Ita exponit *gl. in l. 4. in voce fiſcalis. C. de numm. & actuar.* Hodie à Dd. teſte *C. I. A. ad Tit. de Jur. Fiſc. th. 5. edit. noviſſ.* quod ſit Camera Imperii complectens quicquid ad illius pecuniarium commodum pertinet. Jus hinc Fiſcale eſt jus habendi arcam publicam, quæ conſtat pecuniâ ex variis cauſis comparatâ, jure Superioritatis competens. (2.) Jure Romano differentiam fuiſſe *inter Fiſcum & Ærarium*; *Hoc* ſub liberâ Republicâ dictum fuiſſe conſtat, in quod pecuniæ publicæ referebantur, quod erat in æde Saturni, in quam etiam Senatusconſulta & ſententiæ referri ſolebant. Quod ante populi & Reipublicæ, id poſtea Principes occupârunt, itaque rectè Ærarium Principis appellatur in *§. ult. Inſt. de uſucap. l. f. C. de quadr. præſcript.* & tamen ſub primis Principibus, cùm & Auguſtus aliquot Provincias populo & Senatui permiſiſſet; adhuc veteri ſenſu Ærarium videtur ſeparatum à fiſco, in quem referebantur, quæ Princeps ſibi vendicabat, caduca, vacantia bona damnatorum &c. Quæ diſtinctio quoque ſub Impp. dum adhuc veſtigia quædam Democraticæ poteſtatis remanſerunt, aliquandiu duravit. Fiſcus autem cum Ærario confundi cœpit; ubi Monarchica prævaluit authoritas, ut ex variis ff. locis apparet, præſertim ex *l. 13. pr. & l. 15. §. 3. ff. de Jur. Fiſc.* ubi JCtus ad ærarium deferre dicit pro deferre in fiſcum. Quæ confuſio ad illud maximè

Definit. Real.

in quâ not. I. Genus.

xunè tempus referenda eſt, quo diſtinctio provinciarum ab Auguſto inducta iterum ſenſim evanuit, ut proinde in Monarchiâ idem ſit fiſcus, quod ærarium. *vid. Bach. ad §. ult. Inſt. de uſucap. Perez. ad Tit. C. de J. F. tit. 1. n. 4. & 5. Add. C. I. A. ad eund. tit. th. 4. Weſenb. in parat. n. 2.*

II. Differ. ſpecif. deſumpt. 1. ab effectu

5. Differentia ſpecifica deſumitur (1.) *ab effectu*; qui eſt publicatio & fiſci incorporatio; & deſcribitur *a Bart. in l. 1. §. eligitur ff. de ventr. in poſſ. mitt.* quædam facti executio: ut ſcil. quando res eſt delata ad fiſcum, & ſic publicata & deſcripta obſervatis de jure obſervandis ad fiſcum transferatur, ita ut poſtea fiſcus pro totâ, vel pro quotâ bonorum publicatorum ſuccedat in jus & locum condemnati, & in illius actionibus activis & paſſivis, propriè ſucceſſor ſit. *l. 3. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 5. C. de ſent. paſſ. & l. 5. C. de bon. damn.* Sciendum tamen, cùm publicatio bonorum ſit ſtricti juris, ea quoque ſtrictè accipienda, adeò ut quicquid expreſſum non ſit in ſententiâ confiſcatoria, habeatur pro omiſſo; arg. *l 61. ff. de judic. cap. 3. X. de cauſ. propriet. & poſſeſſ. ſic poſt Bl. in d. l. 1. col. ant. C. de hered. inſtit. & in l. 2. col. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. & Dec. conſ. 445. n. 67. refert Peregr. in Reſolut. Forenſ. de jure & privileg. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 48.* A propriâ tamen verborum ſignificatione non eſt recedendum; ideò publicatis bonis ſimpliciter etiam includuntur jura & actiones. *arg. l. 208. & l. 21. ff. de V. S.* quæ aliàs confiſcatis bonis mobilibus & immobilibus excluduntur.

2. à mat. obj.

6. *Secundò* à *materiâ objectivâ*, quæ ſunt pro diverſi juris caduci ſpeciebus, vel omnia bona, vel pars eorum, quæ poſt pœnam irrogatam habuit damnatus. *l. 2. C. de bon. damn.* vel certæ aliquæ res. In his ſequens regula, non extantibus aſcendentibus & deſcendentibus. *Nov. 134. c. ult.* vel etiam collateralibus. *Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* (ut nonnulli Dd. volunt) eſt notanda; *quod omnia bona, jura & actiones, quæ per contractum, aut per ultimam voluntatem transferri poſſint in extraneum; in fiſcum ſimiliter per publicationem tranſeant. Quæ autem in extraneum nec per contractum nec per ultimam voluntatem transponi poſſint, pariter neq; in fiſcum devolvantur.* Ratio eſt, quia fiſcus eſt extraneus condemnato. poſt *gl. quam Br. Bl. & Dd. approbant, in l. 1.*

in l. 1. C. de bon. libert. tradit Peregr. de I.F. d. l. 5. t. 1. n. 68. vid. infr. theſ. 37.

7. *Tertiò à ſubjecto*, ſcil. eo, qui Superiorem non agnoſcit, qualis eſt Imp. cæteriquê Reges & Reſp. nemini ſubjectæ. Quia verò Principes Imperii aliiquê Status Superiorem quidem recognoſcunt, & tamen ex conceſſione ſive expreſsè ſive tacitè facta jus caduci exercent; ideò definitioni adjecta ſunt verba: *Vel cui conceſſione aut præſcriptione vel conſuetudine illud quæſitũ eſt.* 3. *à Subj.*

8. *Quartò* deſumpta *à causâ efficiente*, ibi: *ex certis cauſis* ſc. lege vel conſuetudine *probatis*, de quibus paulò pòſt. Neq; tamen ſufficit, aliquem bonis ſuis ex juſtâ causâ cecidiſſe, niſi id fiſco deferatur. Unde additum in definitione *delatarum*, ut indicetur, utilitatem fiſci poſtulare, ut ſi quid ad fiſcum pertineat, quod fortaſſis lateat (nam id deferri debet quod latet, non id quod fiſci eſt. *l. 13. §. 3. ff. de I.F.*) nunciare ac deferre volentes audiantur. *l. 1. ff. eod.* nemo autem invitus nunciare cogitur. *l. 3. §. 11. & l. 22. §. 3. ff. eod. C. I. A. ad d. t. th.* 11. Tandem definitionem verba hæc, *ad ſalutem & decus Reipublicæ tuendum*, claudunt; deſumpta *à causâ finali*. Quemadmodum enim omne Regnum eſt poſſeſſio Reipublicæ, & non Reſpublica poſſeſſio Regni, ut graviter & eleganter ex Suidâ refert *Renatus Choppin. de Doman. Regn. Franc. l. 1. t. 9. n. 5.* ſic quoque ad gubernacula Reipublicæ ſedentes regalia, adeoquê Jura Caduci exerceant, oportet ut eorundem poſſeſſio ſit apud Rempublicam; & Illi eodem ad Reipublicæ tùm dignitatem & poteſtatem, tùm etiam ſalutem utanrur. Nam Moderatoribus Rerumpubl. beata civium vita propoſita eſſe debet, ut ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. *Cic. lib. 8. Epiſt. 11.* Sæpè *Hadrianus* Imp. in concione & Senatu dixiſſe fertur: ita ſe Rempublicam geſturum, ut ſciret, Populi rem eſſe, non propriam. *Spartan. in Hadrian.* Facit huc, *quod de Jure Monetæ in Conſtit. de anno* 1570. §. Alsdann auch. 132. ſancitur, ut ij ſcil. qui jus monetæ habent, eò ad ſalutem & decus Imperii utantur, nec ad quæſtum aliquem per pacta prohibita aliâve ratione eò abutantur.

4. *à cauſ. effic.*

5. *à cauſ. final.*

9. Defini-

Diviſio I. 9. Definitionem realem excipit *Diviſio.* Dividi autem poteſt *Jus Caducarium ſive Confiſcatio*, quòd alia ſit *ordinaria*, alia *extraordinaria. Chaſſ. Conſ. Burg. Rubric.* 2. §. 1. *n.* 1. *Tholoſ. l.* 31. *c.* 31. *n.* 10. *Peregr. de I. F. l.* 5. *t.* 1. *n.* 25. *& ſeqq. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 9. *Confiſcatio ordinaria* venit vel *principaliter* & per ſe ex legis diſpoſitione, veluti in eo, qui contraxit inceſtas nuptias, vel committit tale crimen, pro quo ex lege vel ſtatuto bona publicantur, &c. Quibus caſibus confiſcatio fieri poterit per eum Judicem, qui de illo delicto cognoſcit. arg. *Nov.* 12. *pr. & l.* 6. *C. de inceſt. nupt.* 1. *l.* 22. §. 5. *ff. mand.* Vel *in conſequentiam*; ut in eo qui deportatur, vel in metallum damnatur, etiamſi nihil in ſententiâ de confiſcatione dictum. *l.* 8. *C. de pœn. l.* 1. *ff. de bon. damn. l.* 4. *C. de bon. proſcript.* & tunc is confiſcare poteſt, qui deportare valet, & non alii. *l.* 6. §. 8. *ff. de off. Præſ. l.* 1. §. 4 *ff. de leg.* 3. *l. un. C. ne ſine juſſu Princip. Confiſcatio extraordinaria* eſt, ubi jus nihil de bonorum amiſſione conſtituit, arbitrio autem Magiſtratus relinquit; qui tamen non niſi ex gravi causâ illam exercebit. *vid. infr. th.* . *Peregr. d. l. n.* 32. *Roſenthal. de Feud. cap.* 5. *concl.* 62. *n.* 1. *&* 2. *& Sixtin. d. l. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 11. *& ſeq.* ubi id adeò verum eſſe ait, ut mandata etiam S.C. decernantur adverſus lege prohibitam confiſcationem ab inferiori Magiſtratu factam. Locum illa ſortitur, (1.) in extraordinariis criminibus, quæ certam pœnam non habent. *arg. l.* 1. §. 1. *in fin. ff. de effract. & expil.* (2.) in ordinariis per accidens. *l.* 13. *ff. de pœn. l.* 3. *C. ex quibus cauſ. infam. l.* 13. §. 7. *ff. eod. vid. infr. d. th.* Inferioribus autem Magiſtratibus jus illud extraordinarium non competit, uti dictum, ſed demum ſupremis Principibus, qui Jura fiſcalia habent, vel illis, quibus eorum conſenſu poteſtas illa conceſſa. *Azo in ſumma C. ne ſine juſſ. Princ. ibiq. Cyn. Bl. Salic. & Gothofr. Sixtin. d. l. n.* 10.

Diviſio II. 10. Iſtius autem diviſionis, quâ ordinariam confiſcationem aliam expreſſam, aliam verò tacitam; ſive principaliter ſive per conſequentiam talem diximus, effectus eſt: (1.) *Iure veteri*, quòd, cùm olim ex legibus ante novas Juſtiniani Conſtitutiones ſtatutum fuerit, ut pro omni delicto, ex quo quis civitatem per deportationem, vel libertatem aut vitam amittebat, bona illius publicarentur. *d. l.* 1. *ubi Gl. Bart. & Dd. ff. de bon. damn. & l.* 2.

l. 4. *&*

l.4. & l.fin. C.eod. tùm non fuerit neceſſaria expreſſio publicationis bonorum. *l.1.ff. ſi pend. app.* ſed ſuffecerit, aliquem damnatum vel proſcriptum eſſe. Nam tùm tacitè ſententiam damnationis publicatio bonorum ſequebatur, modò in ſpecie bona non fuiſſent adempta, ſed reſervata. *arg. l.ſi qua militi.40.§.1. ibiquè Gl. ff. ex quib. cauſ. major.* Nam id facere judex poterat, ſcilicet in parte bonorum. *Gl.quam ſing. profitetur Bl. in d.l.40.§.1.* Cum verò quis in exilium mittebatur, bona non amittebat. *l. 4. l.7. §.4.ff.de interdict. & releg.* niſi id lege expreſsè cautum foret, veluti in contrahente inceſtas nuptias. *l.4. C.de inceſt. & inutil. nupt. Auth. inceſtas. C. eod. Nov.12.cap.1.* aut relegato bona per ſententiam peculiariter adempta fuiſſent. Quod licet fieri non deberet, factum tamen tenebat. *Gl. in d.l.40. §.1. per text. in d.l.7.§.4.ff. de interd. & releg. add. l.7.§.fin. & l.ſeq.§.4.ff.de bon. damn.* ſi perpetui exilii pœna conjuncta fuiſſet. *l.4. d.l.7.§.4.ff. de interd. & releg. Peregrin. de J. F. l.5.t.1.n.1.2. & 3. Sixtin. de Regal. l.2.c.12.n.5. Weſ. par. de interd. & releg. n.3. C.I.A. eod.n.6.*

II. (2.) *Jure novo* poſt *Nov.134. c. ult. & Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* ea inter confiſcationem tacitam & expreſſam eſt differentia; quod per has leges non ſint veteres illæ correctæ, in quibus (1) publicatio bonorum ſpecialiter in damnatis quoque erat exprimenda; ſecus verò in iis, in quibus publicatio bonorum tacitè & in conſequentiam condemnatos ſequebatur. De quâ receptâ Interpretum ſententiâ *vid. Iul. Clar. Recept. ſentent. §.fin. qu.78. in pr. P. Heig. part. 2. quæſt. 33. n.51. Regner. Sixtin. de Regal. l.2. c.12. n.32. Rittershuſ. in Expoſ. Nov p.4. c.2. n.35. p.12. c.4. n.6. Add. Carpzov. in Prax. Crimin. part. 3. quæſt.135.n.26. & ſeqq. & infr. th.28.* Unde conſequitur (2.) ſi v.g. relegato bona adimantur, id non fieri contra jus novum adeoquè confiſcationem valere. Nam cùm aliàs bona retinuiſſet, ademtio non principaliter tendit in detrimentum vel pœnam deſcendentium ab inteſtato (quod prohibere videtur jus novum) ſed tantùm in pœnam ſui ipſius: quod vetitum minimè putant. *vid. Peregrin. de I. F. l.5. t.1. n.9. & 11.* (3.) Si ex ſtatuto pœna mortis eſſet dictanda, non propterea publicatio bonorum quoque eſſet conceſſa, niſi hæc quoque ſpecialiter

ſtatuto comprehenderetur. *vid. Bl. in cap. de pac. tenend. 1. verſ. ſed ſic quaero. & in l.1. C. ne ſine iuſſ. Princip. Rol. à Valle. Conſ. 98. num. 3. & ſeqq. referente Sixtin. de Regal. l.2. Tit.12. n. 96. & ſeq. Add. Peregr. de I.F. d.l.5. t.1. n. 20.*

PARS SECVNDA.

Exhibens Specialia.

CAP. I.

De Cauſâ Efficiente tùm remotâ, tùm proximâ.

Cauſa eff. eſt vel remot. deſumpta.

12. ABſolutâ parte generali ſequitur *Specialis*, in quâ cauſæ & effectus explicantur. Ex cauſis conſentaneis primum ſeſe offert *Cauſa Efficiens*, quæ vel eſt *remota*, vel *proxima*. *Cauſam remotam ſive originem Iuris Caducarij* antiquiſſimam eſſe, ac in naturæ Diviniſque legibus ſolidum habere fundamentum conſtituimus. Cùm enim jure naturæ qui facultatem moralem habet, vel per ſe vel per alios gubernandi civitatem, abſque ſubſidio pecuniario, qui unicus rerum gerendarum nervus eſt. *L. 1. §.20. ff. de quaeſtion. Nov. 8. c.10. §.2. Nov. 149. cap.2. Nov. 161. c.2. circ. fin.* finem obtinere nequeat; neceſſum omninò fuit, eidem communi conſenſu per leges certa media aſſignari; quæ ſumptibus quotidiè expendendis ſufficerent, ne illicò & identidem cùm pro utilitate Reipublicæ aut dignitate Imperantis aliquid erogandum ſit, ad exactiones confugere teneretur. *Arniſ. de Majeſt. cap.3. in pr. Beſold. in diſſert. de Regal. cap.9. lit. a.*

1. Ex lure Gentium.

13. Huc referre quis dubitet Jus Caduci, tantò magis æquitati conveniens, quò minùs cum onere civium vel damno conjunctum eſt? Vel enim nocentium causâ id exercetur, & nullo modo culpari poterit; vel innocentium quidem, ſed de lucro certantium, & æquo animo ferendum, quod privatis adimitur, ſi cum publicâ utilitate compenſetur. Optimè namque Pericles Athenienſis cùm accuſaretur; quòd ipſe autor fuiſſet belli

belli Lacedæmonici, quo re infectâ Athenienſes plurimis calamitatibus affligebantur; 1050. militibus ex 4000. armatorum intra dierum 40. ſpatium morbo amiſſis: progreſſus in concionem, inter alia, Ego verò exiſtimo, *inquit*, Rep. incolumi longè feliciorem eſſe rerum privatarum ſtatum, quàm ſi ſingulis civibus proſperæ res ſint, rerum verò ſumma afflicta. Cui enim privatim res lætæ ſunt, patriâ perditâ ipſe nihilominus perit; at cui adverſæ ſunt res, in patriâ felici longè faciliùs ſervatur &c. *apud Thucyd. lib. 2. Bell. Peloponneſ. Dn. Præſes Amœnit. Hiſtor. centur. 2. cap.* 40.

14. Et hujusmodi officia & Jura Magiſtratibus debita Divinis quoque LL. injunguntur. *arg. Deut.* 13. *verſ.* 8. *& Deut.* 17. *v.*12. *Joſ.*7. *v.*19. *& ſeqq.* 1.*Reg.*21.8. *& ſeqq. Matth.*22. *verſ.* 21. *Epiſt. ad Roman.* 13. *v.* 1. *& ſeqq.* 1. *Epiſt. Petr.* 2. *verſ.*13. *& ſeqqq.* Neque enim Evengelium abolet politias; quin etiam ſi Magiſtratus poteſtatem acerbius exerceat, tamen populus non armis reſiſtere, ſed in ſolo DEO fiduciam collocare debet. *arg.* 1. *Sam.* 8. *verſ.* 11. *& ſeqq.* Nam & Prætor jus reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit. *l. pen. ff. de I. & I. vid. Grot. de J.B. & P. lib.*1. *cap.* 4. §.3. Conſentit *B.D. Dannhauer. Coll. Decal. diſp.* 10. *theſ.* 5. *in fin.* *2. Ex Iure Divino.*

15. Quin Jus civile, quod ex jure naturæ, gentium ac ſingulari civitatis collectum eſt. *arg.* §.*fin. Inſtit. de I. & I. l.* 6.*ff. eod.* leges caducarias approbet, dubitari non licet. Paſſim enim, uti ex dicendis apparebit, & ſcriptum & non ſcriptum jus de illo varia exempla exhibet, uti nunc ordine perſequemur. Inter varia enim fiſci privilegia etiam hoc jus occupandi bona vacantia, ſive illa, quæ heredem non habent, cenſendum eſt. *l.*1.*ff. de I.F. l.*1. *& per t.t. C. de bon. vac. lib.*10. *Schneidevv. ad tit. de hæred. quæ ab inteſt. tit. de ſucceſſ. fiſcal. n.*10. *Rittershuſ. in expoſ. Nov. p.* 7. *c.* 19. *n.*2. Bona autem illa vacantia, (Erbloſe Güter) aliàs nimis largo vocabulo vocantur bona caduca, quòd in fiſcum cadant, indeque Lex Julia Papia (primùm fiſco ea tribuens. *l.* 96. §.1. *de leg.* 1.) caducaria dicta eſt. *Ulp. in fragm. tit. de poſſ. dand.* 28. §.6. *in fin.* Hæredem autem non habere intelliguntur, qui neque ab inteſtato neque ex teſtamento eum reliquerunt. *arg.* §.*fin. Inſt.* *Cauſa proxima ex I. Civ. ſcripto* *1. in bonis Vacantibus.*

 per

per quas perſon. Conjunctim enim hæc requiruntur. Etſi enim legitimos quis hæredes vel ab inteſtato non habeat; ſi tamen teſtamentarii hæredes adſint; non dicitur absque hæredibus deceſſiſſe. Idem eſt, ſi deficiant hæredes teſtamentarii, adſint tamen legitimi. Nihil autem hoc ſenſu refert, planè non reliquiſſe hæredem, vel reliquiſſe quidem, ſed indignum.

(1.) inteſtatò decedentiū. 16. Inteſtatus autem decedit, qui nullum fecit teſtamentum, vel, cùm feciſſet, ex eo tamen hæreditas adita non fuit. *l.64. ff. de V.S. l.1. ff. de ſuis & legit. §.2. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Peregrin. de I.F. l.4. t.3. n.2.* Absque hærede verò decedit, qui inteſtatus nullum ex quâlibet ſanguinis lineâ vel juris titulo hæredem relinquit. *l.4. C. de bon. vac. fac. l. pen. C. de præpoſ. ſacr. cubic. l.12. l. ult. C. de petit. bon. ſubl.* Per ſanguinis lineam intelliguntur deſcendentes, aſcendentes & collaterales, non quidem ad decimum ſolùm gradum, ſed ulteriorem quoque. *arg. §.3. Inſt. de legit. agn. ſucc. l. fin. ff. de ſucc. cogn. l.2. §.1. de ſuis & legit. Nov.118. c.3. §.1. C.I.A. ad tit. unde cogn. th. ult. Dn. Bicc. in Aur. ſect.3. th. 29. Locam. in quæſt. ad Inſt. 275. & in not. ad § fin. Inſt. de ſucc. cogn.*

Vel absque hærede,

qui vel juris titulo talis. 17. Per Juris verò titulum accipiendi ſunt, qui non jure ſanguinis, ſed alio titulo ac jure facultatem ſuccedendi habent; quales ſunt arrogati vel adoptivi. *arg. l.1. in fin. l.2. §.3. de ſuis & legit. l.10. C. de adopt. §.2. Inſt. eod. §.2. & 14. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* conjuges. *d. l. fin. C. de bon. petit. ſublat. junct. l. un. ff & C. unde vir. & uxor. Auth. præterea. C. eod.* patronus. *l.20. C. de Epiſc. & Cler. pr. & §.3. de ſucc. libert.* conſortes liberalitatis Imperialis. *l. un. C. ſi liberal. Imperial. ſoc.* monaſteria reſpectu monachorum. *d. l.20. C. de Epiſc. & Cler. Auth. ingreſſi. & ſeq. C. de SS. Eccleſ.* Epiſcopus reſpectu peregrinorum. *Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucc.* Eccleſia reſpectu Clericorum. *d. l.20. C. de Epiſc. & Cler. c.1. de ſucceſſ. ab inteſt. vid. Sixtin. de Regal. lib.2. c.9. n.3. & ſeqq.*

quò referūtur certa collegia. 18. Huc pertinent curiæ vel corpora decurionum, naviculariorum, cohortalium, fabricenſium; vexillationes militum, quæ itidē non extantibus aliis hæredibus fiſcum excludunt. *l.1. & t.t. C. de hæred. decur. navicul. &c. l.6. §.7. in f. ff. de injuſt. rupt. fac. l.4. §.17. ff. de fideic. libert.* An idem dicendum de aliis corporibus & collegiis licitis? Id quidem Dd. volunt & v. gr. cenſent, ſi

Doctor

Doctor vel ſtudioſus abſque hæredibus moriatur, ſucceſſionem non ad fiſcum ſed Academiam pertinere. *vid. ap. Hillig. in Don. Enucl. lib. 4. cap. 1. lit. x.* ſed negativa verior eſt. Nam aliàs fruſtrà certa corpora ab Imp. d.t. ac ſingula quidem ſingulis legibus fuiſſent enumerata. *Gl. in d.l. 1. C. de hæred. decur. vid. Hillig. d.l. & Schneidevv. ad tit. de hæred. quæ ab inteſt. tit. de ſucc. fiſc. n. 20.* Hoc omninò certum, quòd affines non excludant fiſcum. *arg. l. 3. l. 7 C. comm. de ſucc.* neq; nutritores vel tutores. *arg. l. 10. C. eod. Treutl. vol. 2. diſp. 16. th. 1. lit. f. Harprecht. ad pr. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. n. 504. & ſeqq.*

19. Indignis aufertur hæreditas, quos lex apertè pro indignis habet, & quidem ex certis cauſis, etiamſi mentio non fiat fiſci. *arg. 2. Feud. 57. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 10. n. 1. & 2. n. 93. & ſeqq.* qui indigni plus juris habent, quàm incapaces. Nam hi ipſo jure repelluntur, & quod ipſi capere nequeunt, non fiſco, ſed aliis vel cohæredibus, vel collegatariis, vel etiam hæredibus ab inteſtato defertur. *l. un. pr. C. de caduc. toll. l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. l. 11. ff. de alim. leg. Gl. in l. 25. §. 3. in voc. pro non ſcripto. ff. de acquir. vel amitt. hered.* Illi autem capiunt quidem defuncti bona, (nihil refert, an univerſa ſit hæreditas, an legati nomine quid relinquatur) nec aliter eis privantur, quàm ſi fiſcus agendo iis auferat, vel excipiendo eos repellat, nec per alios à bonis excluduntur vel repelluntur. *arg. l. 18. pr. ibique Dd. ff. fam. hercisc. Peregrin. de I.F. l. 3. t. 1. n. 1. & ſeqq. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 10. n. 5 & 6. C.I.A. ad d.t. de his quæ ut indign. th. 1.* Auferuntur autem ab indignis non tantùm ipſæ res, ſed & omnes fructus percepti. *l. 17. & l. ſeq. ff. eod. tit. l. 1. C. eod. l. 17. §. 2. ff. de uſur. l. 27. ff. de uſu & uſufr. &c.* nec indigni de legatis aut fideicommiſſis vel Falcidiam vel Trebellianicam deducunt. *l. 5. §. 19. l. 11. l. 25. ff. h. t. l. 3. ff. ad SCtum Trebell. l. 59. ff. ad L. Falcid.* imò ne legitimam quidem. *l. 8. §. 14. ff. de inoff. teſtam. Sixtin. de Regal. d. c. 10. n. 9. & 10. C.I.A. d.l. th. 5.* (2.) *Indignorū.*

20. Sunt autem indigni, (1.) qui aliquem teſtari prohibuerint vel coëgerint. *l. 1. & t.t. ff. ſi quis aliquem teſt.* (2.) qui teſtamentum per calumniam dicunt eſſe falſum. *l. 5. §. 1. ff. l. 2. l. 8. C. de his quæ ut indign. l. 8. C. ad l. Corn. de falſ. l. 13. §. 9. ff. de I. fiſc.* *Quinam indigni.*

 idem

idem eſt, ſi teſtamentum quoq; dixerint inofficioſum: nam tum quoq; fiſco cedit, quod ex teſtamento acceperant. *l.* 8. §. 14. *de inoff. teſtam. d.l.*13. §. 9. *ff. de Jur. fiſc.* (3.) qui per negligentiam vel culpam manifeſtiſſimè probantur id egiſſe, ut teſtator moreretûr. *l.* 3. *ff. de his quæ ut indign.* (4.) quæ liberis tutorem non petit. *l.* 2. §. 1. *ff. qui pet. tut. l.* 6. 9. *& ſeqq. C. eod. l.* 2. §. 23. *ff. ad SCtum Tertullian. l.* 2. *C. ſi adverſ. delict. l.* 3. *l.* 6. *C. ad SCtum Tertull.* Quod etiam procedit in iis, qui proximè ad ſucceſſionem pupilli vocantur. *arg. l.*10. *C. de leg. hæred.* (5.) qui defuncti necem ultus non eſt. *l.* 17. *l. fin ff. de his quæ ut indign. l.* 1. *l.* 6. *& ſeqq. C. eod. l.* 9. *l.* 15. *l.* 22. *& ſeqq. ff. de SCto Silan. l.* 1. *pr. l.* 27. *ff. de I. F.* (6.) qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit. *l.* 18. §. 1. *de B. P cont. tabb. l.* 2. *pr. ff. de his quæ ut indign.* (7.) qui teſtatori maledixit, vel infauſtas voces adverſus eum jactavit. *l.* 1. *l.* 9. §. 1. *ff. de his quæ ut indign.* de crimine capitali accuſavit. *l. pen.* §. 2. *de alim. leg. fac. l.* 16. *pr. ff. de his quæ ut indign.* (8.) qui viventis ſed ignorantis bona cognati donat. *l.* 2. § *fin. de his, quæ ut indign. l.* 29. *in fin. & ſeq. ff. de donat.* Add. *C. J. A. ad Tit. de SCt. Silan. th.* 3. *& ad tit. de his, quæ ut indign. th.* 2. *&* 3.

Quid dicẽdũ de locis deſertis?

21. Quid autem juris ſit in locis deſertis aut incultis, *an hujusmodi tanquam vacantia, exiſtentia inter fines Regni & Principatus cedant ſupremo Domino, an verò uti in nullius Dominio occupanti concedantur? quæſtionis eſt.* Nos cum *Socino conſ.* 127. *in* 1. *& aliis alleg. à Peregr. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 29. concludimus pro Domino territorii; quam opinionem dicit *Peregrin.* eſſe veriorem alterâ, & de facto per Principes ſervari. *C. J. A. ad d. l. tit. de SCto Silan. th.* 5. addit, hujusmodi bonis inquirendis & annotandis fuiſſe olim peculiarem Magiſtratum in Edicto ab Imperatore conſtitutum, idemqué jus exercuiſſe Regem Theodoricum in Italiâ per Comitem rerum privatarum. Non idem tamen jus eſt in aliis bonis, quæ aliter vacant, ut quia Dominus rem ſuam pro derelicto habuerit; hæc enim immediatè occupanti conceduntur. *l.* 1. *& per t. t. ff. pro derelict.* Nec hoc ſolùm in mobilibus verum eſt, quæ propriè abjici dicuntur, verùm extenditur ad immobilia, ut ſi quis agrum aut domum ita relinquat, ut apparere poſſit, quaſi ipſum ſuum eſſe nolit. *d. l.* 1. *ff. pro derelict. l.* 35. *ff. de R. I. & §. feræ.* 12. *Inſt. de R. D.* Quod ſi tamen ex circumſtantiis deprehendi

hendi poteſt, fuiſſe in bonis alicujus eam rem inventam, nec fiſco, nec inventori aſſignatur, & ſi inventor eam rem ſibi appropriet, furtum & rapinam contrahit. *can. 4. cauſ. 14. quaſt. 5. l. 43. §. 4. ff. de furt.* ſed ſi factâ diligenti inquiſitione Dominum non invenerit, Epiſcopo loci aſſignanda eſt, ut eam in pauperes & pias cauſas convertat; quibus dominum cedere maluiſſe præſumitur, quàm inventori vel fiſco. *text. in can. 15. cauſ. 14. quaſt. 3. Canon. in cap. cùm tu. 5. de uſur. Peregrin. d. l.*

22. Secundò locus eſt confiſcationi, quando quis contra prohibitionem legis contrahit: cujusmodi varia in jure noſtro ſunt exempla. Nam (1.) juxta Conſtitutionem Severi & Antonini, ſi quis vel per ſe vel per interpoſitam perſonam in officio provinciali conſtitutus aliquid emat, non tantùm rem amittebat, ſed & in quadruplum conveniebatur. *l. 46. §. 2. ff. de J. Fiſc. l. pen. C. de his quæ vi met. & l. 46. ff. de contr. empt.* niſi ſpecialem conſenſum ab Imperatore obtinuiſſet. *arg. d. l. 46. de contr. empt. l. un. pr. C. de contr. jud.* aut fortè paterna bona à fiſco diſtraherentur. *l. 62. pr. ff. de contr. empt.* Ejus rei rationem dat *Cicero l. 4. in Verrem.* his verbis: *Quæ fuit cauſa, cur tàm diligenter nos in provinciis ab emptionibus removerent? hæc, Judices, quod putabant ereptionem eſſe non emptionem, cùm venditori ſuo arbitratu vendere non liceret.* Repetit eandem *C. J. A. ex Cujac. lib. 16. obſ. 13. & in recitat. ad d. l. 46. ff. de contr. empt. ad eund. tit. th. 11. n. 11.* Sed neq; res quotidianæ & ad victum neceſſariæ ad prohibitionem iſtam pertinent: *l. [illegible] f. ff. de offic. Proconſ. d. l. un. §. 2. C. de contr. jud. vid. Peregrin. de I. F. l. 4. t. 7. n. 5. & mult. ſeqq.* ubi additis more ſuo ampliationibus & limitationibus hunc articulum prolixè perſequitur. Hodie verò, cùm perpetui plerumque ſint Magiſtratus, contrahere non prohibentur. *arg. l. 34. pr. ff. de R. C.* modò abſit omnis coactio vel metus, *arg. l. f. C. de his quæ vi met. cauſ. C. J. A. d. l.*

(2.) in bonis contra ll. emptis. quales sũt quæ ab officialibus in provinciâ emuntur.

23. Ita (2.) res litigioſæ, vel quæ in controverſiâ ſunt, diſtrahere non licet: & ſi ſecus factum ſit, eæ fiſco cedunt. *l. 22. pr. l. 1. in fin. pr. ff. de J. Fiſc. l. 2. C. de litigioſ.* Et quidem ſi ſciens ſcienti alienat, uterque mulctatur. Nam emptor compellitur rem redhibere, & pretio ejus privatur; quod minimè cedit lucro

Res litigioſa.

vendi-

venditoris vel alienatoris, ſed illud cum aliâ quantitate fiſci juribus inferre cogitur. *d.l.2.* & 4. *C.d.t. de litig.* Si ſciens venditor emptori neſcienti alienaverit, tunc irritâ rei alienatione factâ, pretium cum aliâ tertiâ parte ſciens ignoranti tradere. *l.4. §.1.C. eod.* duas inſuper alias tertias partes pretii fiſco inferre tenetur, uti vult *Peregr. de I. F. l.4. t.6. n.28.* Si verò venditor ſit ignorans, (quod tamen non facilè præſumitur, quia de facto venditoris agitur. *l.7. ff. ad SCtum Vellej.*) non ſolùm rem tenetur reſtituere, ſed etiam pretium amittit fiſco applicandum. *d.l fin. ibiq. Perez. ad C. de litig. n.6. Peregr. d.l.4. t. 6. per tot. C. I. A. ad tit. de contr. empt. th.78.* & *tit. de litig. th.7.*

ædes alienata ut diruantur.

24. (3.) Ex contractu fiſco acquiritur, cùm domus & villa, ſive propria ſit ſive aliena propter favorem publicum dirui vetita, & locus pro majori lucro contra prohibitionem alienatur; Nam hoc caſu non ſolùm irrita fit alienatio, ſed accipiens duplum pretii ærario debet. *l.52. ff. de contr. empt. j. l fin. ff. de damn. infect. fac. l.7. C. de agric.* & *cenſ.* Ratio prohibitionis fuit, ne urbs ruinis deformetur. *l.2. §.17 l. fin. ff. Ne quid in loc. publ. l.2 C. de ædiſ. priv. fac. l.20. §.10. ff. de N. O. N. l 46. ff. de damn. infect. l. 6. C. de Operib. publ. l.24. §.1. ff. de reb. auth. jud. poſſ. Peregr. de J.F. d.l.4. t.7. n.15. Weſenb. in parat. ad tit. de contr. emt. n.7.* & *ad tit. de tign. junct. n.4. C.I.A. ad d.t. de contr. empt. §.86.* & *de Jur. Fiſc. §.8. n.14.*

in fraudē fiſci alienata.

(4.) Revocantur quoquo titulo in fraudem fiſci alienata. *l.45. pr.* & *§.3. ff. de J. F.* Et quidem fraudator fiſci in quærendis punitur in duplum. *l.46. §.1. ff. de J. Fiſc.* in quæſitis autem fiſco in quadruplum condemnatur. *l.45 d.l.46. §. fin.* & *l.8. C. eod. Peregr. d l. n.18. C.I.A. ad tit. de J. Fiſc. th. 8. n.22.*

(3.) in certu delictu & quidem

25. Ex delictis nonnullis bona fiſco vindicantur. Quale eſt, 1. crimen læſæ majeſtatis omnium atrociſſimum. *arg. l.4. §.1. C. de hæret.* & *l.fin. C. ad L. Jul. Majeſt. Conſtit. Frider. II. de ſtatut.* & *conſuet. §.5. 5. Feud. 17.* quod in DEUM vel Rempublicam committitur. *Damhoud. in Pract. rer. criminal. cap.62. in fin.* In DEUM ſive Divinam Majeſtatem peccant, 1. blaſphemi; quorum pœna, præter eas, quæ Jure Divino. *Levit. 24.* Civili. *Nov. 77. c.1. §. ult.* Canonico. *c 2. vel fin. X de maled. C I A ad L. Jul. Majeſt. th 11.* indictæ; In Receſſibus Imperii eſt ademptio bonorum;

1. in Crim. læſ. Maj. Divina: quale committuntur blaſphemi.

norum; ſicut patet *ex Receſſ. Imper. Trevir. & Colon. de ann.* 1512. *ſub Tit.* **von den Gotteslåſterern.** ubi illi, qui mediatè blaſphemias commiſerunt, marcâ auri puniuntur. Ex *Receſſ. Imper. de an.* 1530. *ſub Tit.* **von Gotteslåſterung** / ubi pro ſecundâ vice ſive iteratâ blaſphemiâ bona publicantur; qui gradus videntur etiam *in Conſtit. criminal. Carol. artic.* 106. *confirmati*, ibi: doch ſo ein ſolcher Låſterer angenommen ꝛc. dem gemeinen unſern Kåyſerl. Rechten gemåß / und ſonderlich nach Inhalt beſonderer Articuln unſers Reichs Ordnung geſtrafft werden ſollen. Add. **Reform. guter Pol.** *de an.* 1548. *Tit.* **von der Gotteslåſterung.** *Carpzov. part.* 1. *quæſt.* 45. *n.* 5. *& ſeqq. Damhoud. d. l. cap.* 61. *n.* 17. *& ſeqq. Coler. deciſ.* 172. *n.* 3. *Berlich. p.* 4. *concl.* 1. *n.* 62.

26. Paganorum quoque, qui ſacrificiis non abſtinent, bona fiſco deferuntur. *l.* 1. *C. de pagan.* In tantum autem hujusmodi facinora damnantur, ut etiamſi in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, ſcientibus videl. dominis; prædia quidem vel domus ſanctiſſimis juribus ærarij addicatur; domini verò pro hoc ſolo, quòd ſcientes conſenſerint, ſua loca talibus contaminari ſceleribus, amiſſione dignitatis & militiæ, nec non rerum ſuarum proſcriptione plectuntur. *l.* 8. *C. d. t.* Ita Judæi ſi Chriſtianæ fidei hominem circumcidiſſe eos vel circumcidendum mandaſſe conſtiterit, bonorum proſcriptione & perpetuo exilio damnantur. *l.* 16. *C. de Iud. Weſenbec. in parat. C. ne Chriſtian. mancip.* Apoſtatarum quoque, v. g. ſi quis è Chriſtiano fiat Judæus, facultates dominio fiſci vindicantur. *l.* 1. *l. pen. C. de Apoſtat.* Sed & poſt mortem intra quinquennium quis violatæ atque deſertæ religionis Chriſtianæ accuſari poteſt; quo caſu donationes & teſtamenta reſcinduntur, bonaque ad propinquos Chriſtianiſmum ſectantes deferuntur. *l.* 2. *& l.* 4. *C. d. t. Peregrin. de I. F. l.* 4. *t.* 5. *n.* 32. quamvis *Auth. Gazaros, C. de hæret.* contrarium videatur conſtituere.

Pagani. Iudæi. Apoſtatæ.

27. 3. Huc referri debent Hæretici, qui quidem Chriſtianos ſe ſimulant, verè orthodoxi tamen non ſunt. *arg. l.* 1. *in fin. C. de Manich. l.* 12. *pr. C de hæret.* Horum non ſolùm viventium bona ſive acquiſita ſive acquirenda. *l.* 4. *l.* 8. §. 2. *in fin. C. d. t. cap. decrevit.* 14. *cap. ſecundum.* 19. *eod. in* 6*to. cap. vergentis.* 10. *X. eod.*

Hæretici.

C ſed

ſed etiam mortuorum confiſcantur. *c.* 8. §. *in eo verò. eod. in ctc.* *d.l.*4. §.6. *l.*19. & *Auth. ſeq. C. eod. Peregr. de Iur. Fiſc. d.l.*4.*t.*5. *num.*29. Quid in Eccleſiis orthodoxis Evangelicorum receptum ſit, vid. *apud Carpzov. in prax. criminal. part.*1. *quaſt.*44. *n.*30. & *ſeqq.* Huc pertinent, qui aruſpices conſulunt, eosqué vel præmiis vel ſuaſionibus ad ſe accerſunt. Nam & deportatione & bonorum ademptione plectuntur. *l.*3. *C. de maleſ.* & *mathemat.* *Carpzov. d.l. quaſt.*49. *n.* 2.

2. in crim. laeſ. mai. hum. 28. (2.) In crimine læſæ Majeſtatis humanæ maximè confiſcatio bonorum locum habet. *l.*9. & *l. fin. ff. ad L. Iul. Majeſt. l.*5. & *ſeqq. C. eod.* etiam poſt mortem. §.3. *Inſt. de public. jud. l.*20. *ff. de acc. l. fin. ff. ad L. Iul. Majeſt.* contra regulam. *l.* 6. *de publ. jud. d. l.* 20. *ff. de acc. l.* 20. *ff. de pœn. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib.*4. *tit.*5. *n.*19. & *ſeqq. Ludvvell. diſp. ult. ad inſtit. th.*3. *lit.e.* ſed an hodie, extra crimen læſæ majeſtatis tàm divinæ quàm humanæ in reliquis quoque criminibus confiſcatio bonorum locum habeat, an verò ea relinquenda deſcendentibus vel aſcendentibus & ex latere uſque ad tertium gradum diſquiritur? Poſterius communiter volunt. *arg. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. Nov.* 134. *cap. ult.* 2. *FF.* 56. *Add. ſ. theſ.* 11. quanquam aliter multis in locis de conſuetudine obſervetur in capitali ſententiâ damnatis; de quâ atteſtatur *Georg. Obrecht.* in Politiſchem Bedencken von Verbeſſerung Land und Leuth. *tit.*10. *n.* 38. *in fin. Add. infr. theſ.* 50. *Fac. art.* 135. *Conſtit. Carol. ibiq; Stephan.* & *art.* 218. *Sixtin. de Regal. lib.*2. *cap.*12. *n.* 32. *n.* 93. & *ſeqq.* & *cap.*11. *num.*40. *Hahn. in Obſervat. ad Parat. Weſenb. de bon. damnat. n.* 6. qui rectè docent etiam aliis in cauſis, quàm læſæ Majeſtatis, jure noviſſimo confiſcationem bonorum obtinere.

3. in ſtupro. 29. (3.) in ſtupro. Nam ſtuprator ſi honeſtior ſit, dimidiâ parte bonorum plectitur. §. 4. *Inſt. de publ. jud.* Exaggeratur pœna ſtupri in tutore pupillam quondam ſuam ſtuprante. Nam deportatione punitur & omnibus bonis. *l. un. C. ſi quis eam cuius tut. Nov. Leon.* 34. *C. l. A. ad tit. ad L. Iul. de adult. theſ.* 25. *Schotan. in Examin. Iurid. l.*48. *t.*10. Huc pertinet, (1.) quod ſi jure civili rapta nubat raptori, bona raptoris ipſi adimantur & cedant

cedant ejus parentibus innoxiis. Nam ſi raptæ quoque parentes nuptiis cum raptore conſentiant: tùm bona raptoris fiſco vindicantur. *Nov.143.circ.fin.* (2.) quod lenocinia exercentes, ſi perſonæ honeſtiores, dignitatem & bona amittant. *l.pen. & fin. C. de ſpectac. & ſcen. & lenon. Conſtit. Caroli V. art.* 122. qui patiatur in domo ſuâ lenocinium exerceri; decem libris mulctetur præter confiſcationem domus. *Nov* 14. §. 1. *verſ. ſi quis autem. C.I.A. ad d.tit. de adult.th.*20. *Rittershuſ. in Expoſ. Nov. part.* 12. *cap.7.n.3.* Add. *infr.th* 33.

30. (4.) Qui inceſtum committit contra jus gentium, ſi non habet liberos ex priore matrimonio; bona ſua amittit. *Novell.12.cap.1.* & quidem ipſo jure. *arg. ibi*: mox ei ſuarum rerum caſum imminere. *d.cap.* 1. *junct.* §. *fin. de offic. ind. l.* 1. §. 7. *ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* §. 3. *de hæred. quæ ab inteſt. l.* 14. *ff. de ſuis & leg.* ita tamen, ut hîc, ſicuti aliàs, opus ſit ſententiâ declaratoriâ ad avocandam poſſeſſionem. *arg c.19. de hæret. in 6to. Mynſing. cent. 6. obſ.* 77. *n.* 3. *Gail. lib.* 2. *obſerv.* 51. *n.* 6. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.*11.*n.*37. *v. infr. th.* 38. *4. in nupt. inceſt. ex jure gentiũ*

31. Qui nuptias contra jus civile contrahunt, quales ſunt, quæ contra ejus præcepta fiunt. §.12. *Inſt. de nupt.* v.g. inter officialem & provincialem. *l.*38. *l.*57.*pr. l.*63. *l.*65. *ff. de R. Nupt.* inter ſuſceptorem & ſuſceptam. *l.* 26. *C. eod.* inter tutorem & pupillam. *l.*15. *ff. de ſponſal. l.*59. *ff. de R. Nupt.* Senatorem & libertinam. *l.* 13. *l.* 23. *l.* 44. *ff. eod.* (quanquam moribus noſtris hæ prohibitiones non attenduntur. *Weſenbec. in parat. de nupt. n.*4. *in fin.*) non ſolùm dotem & donationem propter nuptias amittunt. *d. l.* 38. §.1. *l.*61. *ff. de R N. l.*5. §.1. *l.*32. §. *fin. ff. de don. int. vir. & uxor. d.* §. 12. *I. de nupt.* ſed hæreditatem quoq; vel legata alterius; quippe quæ tanquam indignis auferuntur. *arg. l.* 2. §.1. *de his quæ ut indign. l.*4. *l.*6. *C de inceſt. nupt. d.l.*63. *ff. de R.N. l. fin. ff. de leg.*1. ſed & in ſecundis nuptiis, intra annum luctus à viduâ celebratis, quæcunque bona à priore marito ad mulierem pervenerunt, liberis & parentibus deficientibus, uti quoque collateralibus in ſecundo gradu, fiſco applicantur. *arg. l.*1. *C. de ſecund. nupt. Novell.* 22. *cap.*22. *in fin. pr. C.I.A. ad tit. de Rit. Nupt. th.* 20. Iisdem pœnis ſubjicitur mulier, quæ tutelâ liberorum ſuſceptâ, ſed nondum *& I. civili.*

finitâ alteri nubit, etſi poſt annum luctus. *Auth. iisdem. C. de ſecund. nupt. Nov.22. cap.40. Rittershuſ. in Expoſit. Nov. d. part. 4. cap.3. n.pen.*

5. in divort. 32. (5.) In diſſolvendis quoque matrimoniis locus interdum fit confiſcationi. Nam Jure Romano Juſtinianéo ſi quis ex concupiſcentiâ caſtitatis (quaſi verò legitimum matrimonium ſit expers caſtitatis?) matrimonium diſſolverit; poſteà verò ad alia vota convolâſſe, vel luxurioſè vixiſſe inveniatur, bona illius, non exſtantibus liberis, fiſci rationibus applicantur. *Nov.117. cap.10. Rittershuſ. in Expoſit. Nov. part.4. cap.7. n.9.*

6. in adult. 33. (6.) Adulteri quoque bona, præter donationem propter nuptias & dotem, (nam hæc uxori, ſi habuerit, ſalva relinqui debent) poſtquam gladii pœna ex L. Juliâ. *d. §. 4. Inſt. de publ. jud.* & Conſtantini Imp. renovatione. *l. 30. C. ad L. Jul. de adulter.* affectus, aſcendentes quidem & deſcendentes ad tertium uſque gradum juxta ordines & gradus quidem accipiunt: illis verò non exſtantibus, fiſco cedunt. *Nov. 134. cap. 10.* Quod multò magis locum habet in Bigamo. Nam & hic pœnâ Adulterii tenetur. *Conſtit. criminal. art: 121. ibiq; Dd. Weſenb. in parat. ad tit. de L. Jul. de adulter. n.8.* An idem dicendum de lenonibus? Ita videtur. *arg. d.c.10. Conſtit. criminal. art.122. Carpzov. in prax. crim. part.2. quæſt.71. n.4. & 5.* Add. *ſupr. th.29.*

7. in αὐτο-χειρία. 34. (7.) Qui conſcientiâ delati admiſſique criminis metuque futuræ ſententiæ manus ſibi intulerunt, eorum bona fiſco vindicantur. *l.1. l.2. C. de bon. eor. qui mort. l.3. pr. ff. eod. l. 45. §. 2. ff. de Jur. Fiſc.* Quòd ſi verò quis conſcitâ morte, nullâ juſtâ causâ præcedente in reatu deceſſerit, hæredesque parati ſint cauſam ſuſcipere, & innocentem defunctum oſtendere; non priùs bona in fiſcum cogenda ſunt, quàm de crimine probatum fuerit. *d. l. 3. §. 1. & 2. ff. de bon. eor. &c. d. l. 45. §. 2. ff. de Jur. fiſc. Weſenb. ad d. tit. de bon. eor. n. 3. C. I. A. ibid. th. 3.* Crimen autem *ex Conſtit. criminal.* tale eſſe oportet, de quo convictus vitam & bona ſua amittat. *artic. 135. ibiq; Stephani. fac. l.3. §.1. & 3. ff. d. t. de bon. eor. &c. Hahn in obſervat. ad Weſenbec. ad Leg. Cornel. de ſicar. num. 7.*

35. (8.)

35. (8.) Si quis Magicis artibus theſaurum in ſuo invenerit, totus fiſco cedit. *l. un. C. de theſaur.* Nam etſi communiter Dd. etiam in alieno ſolo Magicis artibus inventum fiſco applicari velint; id tamen *d. l. un.* non convenit. Ipſe namq; dominus in ſuo peccat, in alieno non peccat; unde meritò emolumentum percipit. Factum enim cuique ſuum, non alteri nocere debet. *l. 74. l. 155. pr. ff. de R. I.* qui nihil fecit. *l. 5. §. 5. ff. de N. O. N. l. 2. ff. quod vi aut clam. Alciat. l. 7. parerg. cap. 1. n. 1. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 21. n. 33. & ſeqq.* Qui verò invenerit in loco fiſcali, neque detulerit theſaurum, ſed partem fiſco competentem ſupprimere voluerit; totum cum altero tanto ſolvere cogetur. *l. 3. §. fin. ff. de I. F. Sixtin. d. l. n. 6. C I. A. ad tit. de A. R. D. th. 48. n. 2. in fin. Peregr. de Jur. fiſc. lib. 4. t. 2 n. 9.* 8. *circa inventionem theſauri.*

36. (9.) Qui falſos nummos formant vel permutant, aut dolo malo eosdem expendunt; non ſolùm vivi comburio plectuntur; ſed domus quoque vel fundus eorum, quem ad miniſteria hujus criminis ſcientes domini elocârunt, fiſco vindicantur. *l. 1. & 2. C. de falſ. monet. Conſtit. criminal. art. 111. ibiq; Stephan.* Quin imò ſi dominus in proximo eſt, etſi ignoret, propter incuriam punitur; niſi antè ignorans, ut primùm repererit, ſcelus prodiderit perpetratum: tunc enim poſſeſſio vel domus ipſius proſcriptionis injuriæ minimè ſubjacebit. Si verò longiſſimè abfuerit dominus, & ignorans ſit, nullum ſuſtinet detrimentum. Quod & in viduâ vel pupillo procedit, etiamſi in proximo ſint conſtitutæ: quanquam tutores eadem pœna expectet; ut de rebus eorum, ſi idonei fuerint, tantùm fiſco inferatur, quantùm à pupillo erat inferendum. *d. l. 1. C. de falſ. mon. Sixtin. de Regal. l. 2. cap. 7. num. 112. & ſeqq. C. I. A. ad L. Corn. de falſ. th. 14. num. 6. & 7.* 9. *circa monetarios*

37. (10.) Olim qui vim publicam commiſerat, deportatione, cui annexa bonorum publicatio. *l. 10. §. fin. ff. ad L. Jul. de vi publ.* qui privatam verò, tertiâ ſolùm bonorum parte multabatur. *§. 8. Inſt. de publ. jud.* Hodie qui pacem publicam in Imperio violat, in bannum Imperii declaratur, adeoquè omnia bona amittit, in quæ non ſolùm læſo, ſed cuivis impunè involare fas eſt. *Ord. Camer. part. 2. tit. 9. §. 2. Gail. l. 2. de P. P. cap. 6. num. 10.* 10. *in violatione pacis publicæ.*

Etſi autem bannitus ob violatam pacem publicam omnia bona ſua amittat; tamen in publicationem bonorum non veniunt bona feudalia, ſed vel domino feudi vel agnatis ſalva manent. *2. Feud. 31. & 2. Feud. 55. circ. fin. Gail. d. l. cap. 14. n. 1. & ſeqq.* Idem dicendum de bonis Emphyteuticis. Nam neque hæc confiſcatis bonis veniunt in publicationem: quoniam ad hæredem extraneum non tranſeunt. *arg. l. 31. ff. de pignor. & hypothec. ibiq; Dd. l. fin. C. de Jur. Emphyteut. Nov. 7. cap. 1. Gail. d. l. n. 3. 16. & ſeqq.* add. *ſupr. th. 6.*

11. in defraudato Vectigali. 38. (11.) Qui defraudandi vectigalis causâ merces non profitentur, in commiſſum incidunt. *l. 16. §. 3. ff. de publ. & vectig.* etiamſi res à præſtatione vectigalium ſunt immunes. Immunitas enim à profeſſione non liberat. *arg. d. l. 16. §. 3. & 5. & 12. junct. l. 4. §. 1. ff. eod.* Neque ignorantia excuſat. *d. l. 16. §. 5. & ſeqq.* quanquam ſecus ſit in errore. *d. l. 16. §. 11. & ibi Gothofr. Hahn. in obſervat. ad Weſenbec. de public. & vectig. circ. fin.* Ad hæredes quoque illud crimen extenditur. *l. 8. l. 14. ff. d. t.* modò quæſtio ſit mota vivo eo, qui deliquit. *d. l. 16. §. pen. ff. eod.* Etſi verò res ipſo jure in commiſſum incidunt. *d. l. 14.* ad poſſeſſionem tamen auferendam ſententiâ quoque declaratoriâ opus eſt. *vid. ſupr. th. 30. Gail. 2. obſerv. 51. n. 5. & ſeqq. & de P. P. lib. 2. cap. 3. n. 11. & ſeqq. Mynſing. 5. obſervat. 29. num. 7. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 170. & ſeqq. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 84. Hartm. Hartman. in obſervat. lib. 48. obſerv. 1. n. 13. & ſeqq.* ubi addit, ex generali conſuetudine obſervari, ut res propriâ authoritate apprehendatur. Quia verò ubi profeſſiones recitantur, commiſſum ceſſat. *d. l. 16. §. 12.* quæritur, an ſi quasdam res dominus profeſſus fuit, quasdam non, an etiam illæ incidant in commiſſum? Ita putamus. *arg. l. 11. §. 2. ff. d. t. de public. & vectig. l. pen. C. de naut. fœn.* Diſſent. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. n. 255.* Si tamen ſocius vel hæres rem communem profeſſus non eſt, alterius ſocii vel hæredis pars commiſſa non eſt. *arg. l. 8. §. 1. ff. eod.* niſi fortè ipſe doli fuit conſcius vel particeps. *per l. fin. §. 11. d. t. & arg. l. 22. C. de pœn. l. 5. §. 5. de N. O. N. Wurmſer. in Exercit. Iur. publ. 6. th. 17. vid. ſupr. theſ. 35.* Idem dicendum in famulo, aurigâ, vel nauclero,

nauclero, ſi vectigal defraudet. Nam tùm non domini merces, ſed illorum defraudantium res ſolas, v. gr. currum, equos, navim &c. in commiſſum cadere, juſtum & æquum eſt. *vid. Stephan. d.l. n.259. & ſeq. Wurmſer. d.l. th.*18.

39. (12.) Qui hoſtibus Imperii arma, ferrum, vel factum vel infectum vendit, vel ad eos defert; capitis pœnam ſubit; & bona ejus univerſa protinus fiſco addicuntur. *l.2. C. quæ res export. non deb.* Idem dicendum, ſi quis frumentum, imò cotem, ferro ſubigendo neceſſariam, ad hoſtes deferat. *arg. l. cotem* 11. *in pr. & §.2. ff. de public. & vectig. junct. d.l.* 2. *C. quæ res export.* Quam conſtitutionem non ita religiosè in Imperio obſervari conqueritur *Gail. lib.*1. *de P.P. cap.*1. *n.*41. Licitæ tamen res propter illicitas non confiſcantur, ſi domino inſcio fuerint impoſitæ. *d.l.*11. §.2. quanquam conſuetudo contrarium ſæpè doceat, quæ in vectigalium materiâ ferè ſpectari ſolet. *l.* 4. *f. l.* 9. §. 6. *ff. de public. & vectig. l. pen. C. vectig. nova inſtit. Hartm. Hartman. d. obſ.*1. *in fin.* Qui monopoliis annonam flagellant, propriis bonis ſpoliantur. *l. un. C. de monop.* & jure quoque novo bona eorum confiſcantur, nec ullâ uſpiam illis ſecuritate cavetur. *Ord. Pol. de anno* 1548. & 1577. *cap.*18. §. 1. & *ſeqq. C.I.A. ad L. Iul. de Annon. th.*4. 12. *in Variis delictis aliis.*

40. (13.) Huc pertinent pœnæ pecuniariæ, in variis cauſis conſtitutæ, vel ad arbitrium imperantium conſtituendæ: quæ omnes ærario quæruntur. 2. *Feud.* 56. niſi ipſe judex, quod ad pœnam admiſſi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputaverit. *l.*5. *C. de mod. mulct.* quod etiam in dubio procedit, quando ſimpliciter mulcta irrogatur; neque additur fiſco eſſe ſolvendam. *Peregrin. de Jur. fiſc. lib.*4. *tit.*8. *n.*9. *C.I.A. ad Tit. de Iur fiſc. th.*8. *n.*23. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 8. *n.*73. Cujuſmodi paſſim exempla occurrunt. Ita qui terminos agrorum evellit dolo malo, 50. aureis fiſco applicandis punitur. *l. ult. ff. de term. mot.* Violatores ſepulchrorum 10. pondo auri, *l.* 4. *C. de ſepulchr. violat.* & domus confiſcatione, in quam res ex ſepulchri violatione pervenerunt, *l.*2. *C. eod.* & qui in civitate mortuos ſepeliunt, mulcta 40. aureorum & locus itidem publicatur. *l.* 3. §.5. *ff. eod.* ambitus 13. *in compendiis mulctarum jure conſtitutarum.*

bitus reus aureis centum. *l. un. in fin. ff. ad L. Jul. ambit.* Fraudator annonæ 20. aureis. *l. 2. in fin. ff. de L. Jul. de annon.* Reus repetundarum in quadruplum ejus quod accepit. *l. fin.* C. *ad L. Jul. repetund.* de reſiduis in triplum, v. g. ſi reliquator ſit in trecentis, ut præter ea damnetur 900. minimè verò, ut præter trecenta tantùm puniatur in centum. *arg. l. 4. §. 5. ibiq. Gothofr. ff. ad L. Jul. pecul.* Add. *l. 8. §. 1. C. de hæret. l. 9. C. de Epiſcop. audient. l. pen. C. de except. l. 2. C. de paſc. publ. Nov. 122. c. 1. 2. Feud. 53. pr. verſ. ſi quis verò. &c.* Qui vinum nimio ſulphure adurit, præter ipſum vinum, quod contuſis vaſis profunditur, pro ſingulis amphoris Magiſtratui loci vel fiſco florenum Rhenanum ſolvere cogitur. *vid.* Satzung und Ordnung Briſgau *de anno* 1497. §. 2. qui vinum inficere vel corrumpere illicitis artibus vel mediis auſi ſunt, centum aureis Rhenanis, partim fiſco Imperatoris, partim Magiſtratus loci ærario inferendis præter effuſionem vini mulctantur. *d. Ord. §. 5. Fæc. Reform. Polit. de anno* 1577. *tit.* 16. qui contractus uſurarios celebrat, quartâ parte ſortis multatur. *d. Reform. de anno* 1577. *tit. 17. n. 8.* Add. *R. I. de anno* 1570. §. Auß beſondern anſehnlichen. 102.

14. *in pœnâ neglecti officii Magiſtratuum.* 41. (14.) Quas pœnas jure conſtitutas niſi Magiſtratus per officiales ſuos exegerit, ſæpè ad certam quoque mulctam fiſco condemnantur. Nam v. g. ſi fugitivos inquirere volentibus, literæ ad Magiſtratum dentur, multa 100. ſolidorum in Magiſtratibus ſtatuta eſt, ſi literis acceptis inquirentes non adjuvent. *l. 1. §. 2. ff. de fugit.* Si Magiſtratus poſt accuſationem paganiſmi legitimam & poſt crimen in cognitione convictum, tantum ſcelus vindicare diſſimulaverit; ipſe quinquaginta libras auri, quinquaginta etiam ejus officium confeſtim fiſco inferre cogitur. *l. 7. C. de pagan.* Qui conſtitutionem de Apollinariſtis ſive Eutychianiſtis negligunt, aut violari permittunt, denarum librarum auri fiſco ſolvunt. *l. 8. in fin. C. de hæret.* qui violatores ſepulchrorum non puniunt, 20. libris auri mulctantur. *l. 3. C. de ſepulchr. violat.* Qui conſtitutionem de injuſtis repudiis non obſervant, proſcriptionem bonorum ſuſtinent. *Nov. 134. cap. 11. circ. fin.* Qui monopolia non coërcent, centum marcis auri puri plectuntur. *Reform. Polit. de anno* 1548. & 1577.

& 1577. *d. tit.* 18. §. 8. qui corruptores vini diſſimulant, 50. marcis auri puri. *d. Ord.* Briſgau. *de anno* 1497. §. *fin.* qui uſurarios non puniunt, in 3. 4. vel 5. marcis auri puri condemnantur. *d. Reform. Polit. de anno* 1577. *tit.* 17. §. 9. *in fin.* qui ad blaſphemias connivent, arbitrariè puniuntur. *dict. Reform. tit.* 1. §. 6. & *fin.* Add. *infr. th.* 43.

42. (15.) Sed & Magiſtratui licet ob contumaciam aliaq; delicta, in quibus certa pœna præſtituta non eſt, indictâ mulctâ fiſci commodis proſpicere. *arg. l.* 1. §. 1. *ff. de effract. & expilat.* modò ne modum excedat; & majorem rationem fiſci quàm coercendæ temeritatis civium habuiſſe videatur. *arg. Nov.* 22. *cap.* 22. *circ. fin. pr.* Hinc pro diverſitate Magiſtratuum majorem vel minorem ſummam demum indicere convenit, juxta *l. fin. C. de mod. mulctar.* Nam ſolùm Illuſtres Viros Præfectos Prætorii uſque ad quinquaginta librarum auri mulctam, cùm peccatum graviſſimum erit, pervenire leges permittunt. *l.* 4. *C. d. t. de mod. mulct.* Quanquam autem *in ff. & Inſtit.* vel nunquam vel certè rarò librarum auri mentio fiat, ſed ſolùm aureorum ſive ſolidorum, qui pro iisdem valent. *arg. l.* 12. & *l. fin. ff. de in jus voc. j.* §. *fin. Inſt. de pœn. tem. litig.* & *l.* 5. §. 10. *ff. de his, qui effud. vel dejec. junct.* §. 1. *Inſt. de obl. qua quaſi ex delict.* Ita contra in Codice Novell. & Jure Feudal. cùm de mulctâ agitur, librarum ferè ubique fit mentio: quin & in Imperii conſtitutionibus frequentiùs per libras auri, quàm argenti mulcta exprimitur. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 48. & *ſeqq.* Libra autem argenti quinis ſolidis ſive aureis. *l. un. C. de argent. pretio. lib.* 10. *tit. ult.* auri ſeptuaginta duobus ſolidis æſtimatur. *l.* 5. *C. de ſuſcept.* Juxta conſtitutiones Imperii libra vel marca (nam hæ voces promiſcuè ſumuntur in Conſtitutionibus Imperii. *Sixtin. d. l. n.* 52. & *ſeqq.*) auri eſt 72. aureorum Rhenenſium. *Edict. Monet. de anno* 1559. §. **Ferner die gulden Müntz.** 65. *R. I. de anno* 1576. §. **und auſſ ſondern.** 79. *Sixtin. d. l. n.* 5. & 60. & juxta obſervantiam, Imperialibus 96. aureo floreno pro duobus currentibus computato. *Roding. Pandect. Cameral. lib.* 3. *tit.* 11. *in voce pœnale. ad num.* 4. *p. m.* 609. *Blum. in Proceſſ. Cameral. tit.* 30. §. 26. Ar- 15. *in mulctis arbitrariis.*

D genti

genti verò conſtat 8. Imperialibus. *Rec. I. de anno* 1566. §. **Dem-nach haben wir** *uns*. 157. *Sixtin. d. l. n.*61. *Roding. d. l. lib.* 2. *tit.* 10. §. 14. *p. m.* 503.

de quantitate iſtius mulctæ. 43. Ultra 2000. marcarum auri puri mulctam eſſe conſtitutam vix legas: qualis eſt conſtituta in eos, qui Pacem publicam tueri negligunt. *Conſtit. de P. P. de anno* 1548. *tit.* 2. **wie der Landfried zu halten gebotten.** Mille marcarum auri mentio fit *in cap. un. Qui ſint rebell.* 5. *Feud.* 20. *& in Conſtit. Frider. II. de ſtatut. & conſuetud.* §. 1. 5. *Feud.* 17. uti quoque in nonnullis privilegiis & juribus. *Sixt. de Regal. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 64. quanquam illa frequentiùs multam centum marcarum auri in transgreſſores adjiciant. In mandatis tamen Imperialibus ſive in Camerâ Imperiali, ſive in Aulâ Cæſaris decernuntur, devenitur raròad tantam pœnam pecuniariam; nec facilè, & non niſi graviſſimis de cauſis ad quinquaginta libras auri. Regulariter & plerumque Camera Imperialis non excedit ſummam ſex vel octo vel etiam decem marcarum auri. *vid. Sixtin. d. l. n.*66.

16. *in caſu ſum. neceſſ.* 44. (16.) Et illa quidem ordinaria fiſci remedia ex Jure noſtro caducario reſultant; ſed interdum ſumma Reipublicæ neceſſitas ſuadet, ut extra ordinem illi ex bonis ſubditorum ſuccurrendum ſit; quippe quæ legibus obnoxia non eſt. *cap.* 2. *in fin. X. de obſerv. jejun. l.* 1. *in fin. & ll. ſeqq. de fer. cap.* 4. *in fin. X. de conſuet.* & licitum facit quod non eſt licitum. *cap.* 4. *X. de R. I.* redditquè inculpabile, quod aliàs culpari poſſet. *can.* 1. *in fin. cauſ.* 34. *quæſt.* 1. Quæ communiter autem proſunt, privatæ utilitati meritò præferuntur. *l. un.* §. 14. *C. de caduc. toll. Auth. res quæ. C. comm. de legat. Nov.* 39. *cap.* 1. *l.* 3. *C. de primip. l.* 51. §. 2. *circ. fin. ff. ad L. Aquil.* Hinc vel res ſacræ ad redimendos captivos, vel famem propulſandam alienari poſſunt. *l.* 21. *C. de SS. Eccleſ. vid. Rümelin. ad A. B. part.* 3. *diſſert.* 3. *coroll.* 3. *ibiq; Speidel. in Annot. Grot. lib.* 3. *cap.* 5. §. 2. multò magis igitur profanæ vel res ſubditorum. *arg. l.* 9. *l.* 12. *& l.* 14. *C. de oper. publ.* Omnes enim ſi neceſſitas id exigat, convenit utilitatibus publicis obedire & ſubvectionem ſine dignitatis privilegio celebrare. *l.* 1. *C. de nav. non excuſ. lib.* 11. *fac. l.* 2. §. 2. *in fin. ff. de L. Rhod. de jact.* modò tamen Princeps (1.) quantùm fieri poteſt, pretium juſtum dominis refundat

fundat, *arg. l.15. §. pen. ff. de R. V. l.13. §.1. ff. comm. præd. l.11. ff. de evict. l.2. C. pro quib. cauſ. ſerv. Gail. lib.2. obſerv.56. n.8.* (2.) patiatur ceſſare, ceſſante neceſſitate, quod pro neceſſitate temporis ſtatutum eſt, juxta *can.41. cauſ.1. quæſt.1.*

45. Præter emolumenta fiſci ſuperiora conſuetudo paſſim locorum alia quoque introduxit; de quibus pro noſtro inſtituto nonnulla exempla adducemus. In partibus *Montisferati, Sabaudiæ & Pedemontium*, ſtatuto vel conſuetudine loci receptum eſt, daß der Leibeigene / wan er ohne leibliche Erben abſtirbt / ſeinem Herren den dritten Theil ſeiner Güter und vermögens (ſive hoc ex teſtamento vel ſine teſtamento fiat) hinterlaſſen muß. *Menoch. arbitr. jud. quæſt. 230. n. 6. Beſold. in Theſaur. pract. lit. H. n. 25. in voc.* Hauptrecht. Ex ſpeciali conceſſione habent quædam Civitates, ut patrefamilias præmoriente, uxor teneatur Magiſtratui dare veſtimenta mariti (quod **Gewandfäll** vocatur) quibus uſus fuerat mediis; tùm lectum paratum. *In Ducatu Brunsvicenſi ac pleriſq; aliis locis* capit Magiſtratus paganus bovem, & paſtor loci gallum gallinaceum, den Haußhanen / Ædituus verò ein Bratwurſt / ex *Stuck. in Exercit. Juſtin. p. 1. decad. 8. aſſert. 6. ſub lit. e. circ. fin. tradit Beſold. d. l. In Electoratu Palatino* ſi homo proprius vel Wildfangius moriatur, dominus nonnullis in locis marito mortuo pecudem præſtantiſſimam, das beſte Haupt / uxore mortuâ veſtium optimam das Waidmahl / nonnunquam alia certamvé pecuniæ ſummam accipit. Si defunctus vel extra conjugium vel ſine parente, prole, fratribus aut indotatis ſororibus & ſine teſtamento decedat, quos Hageſtelzen vocant, fiſcus in hæreditate ſuccedit, ap. *Burgald. in Not. Imperii part. 1. diſcurſ. 26. membr. 2. n.3. p. 696.*

Cauſ. prox. jur. caduc. ex conſuet. vel ſtatut. locorum. 1. circ. ſucceſſionem. in Sabaudia.

Ducat. Brunsvic.

Palatinat.

46. Sic *in Haſſiâ & circumjacentibus locis, teſte Johan. Herman. Stamm. tr. de hom. propr. c.22. n.7.* domini tertiam bonorum partem non habent, ſed defunctâ propriâ muliere domino pretioſius veſtimentum, & viro proprio defuncto, equus vel bos melior domino debetur: So ein Leibeigene Frau verſtirbt / fället dem Herren gemeiniglich das beſte Kleid / und von dem Mann das beſte Pferdt oder Ochs anheim. Sed quia hoc jus nimis durum viſum fuit, receptum eſt & obſervatur, ut domini ab hæredibus

in Haſſia.

proprii defuncti pecuniæ ſummam ratione ad patrimonium habitâ accipiant. v. g. 2. vel 3. florenos. *Beſold. d. l. lit. G. n. 95. in voce* **Gewand und Gläß.** Oder es wird das verfallen Haupt oder Vieh üm halb Geld / oder wohl üm den dritten Pfenning gelöſet. *Wehner. in obſervat. Pract. lit. H. in voce* **Hauptfäll** :c. *p.* 205. Appellatur autem hoc jus Caduci nonnunquam Todfall / todte Hand / morte main; ex eo nempe, wann ein leibeigener Mann verſtorben / und kein Haab und Nahrung verlaſſen / davon der Biſchoff hat können bezahlt werden / ſo hat man dem verſtorbenen die rechte Hand abgehauen / und dem Herren geliffert. *Speidel. in obſervat. lit. H. n. 52. in voc.* **Hauptrecht** :c. In der Marggrafſchaft Baden und Grafſchafft Eberſtein gibt ein Leibeigener keinen Hauptfall / wann er bey lebendigem Leib die Fröne / das iſt ſein Gut / einem andern übergibt; doch muß er noch ſo ſtarck ſeyn / daß er kan für das Hauß über den Dach-trauff gehen / und die übergebung auff der Gaſſen thun. *Beſold. d. l. in voce* **Hauptrecht.** *in fin.*

in Saxonia. 47. *Jure Saxonico* etiam extantibus conſanguineis defuncti, quædam res ex hæreditate defuncti ad fiſcum devolvuntur, veluti ſi fœmina moriatur, quæ non reliquit filiam vel cognatam, Spielmagen / licet habeat filios, fratres, vel alios agnatos; tamen bona utenſilia, ſive *Gerada,* die Gerade / devolvuntur ad fiſcum excluſo filio, vel fratre, vel alio agnato fœminæ defunctæ. Si maſculus decedat, & non relinquat agnatum, Schwerdmagen; tunc licet habeat cognatam, tamen res expeditoriæ, das Heergewette / non ad cognatum ſed fiſcum tranſmittuntur. *vid. Sneid. ad tit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. tit. de ſucceſſ. fiſc. n. 17. Carpzov. part. 2. Jurispr. forenſ. conſtit. 14. def. 61. & part. 3. conſtit. 38. def. 16.* Non tantùm autem illo in loco, ubi Gerada, vel res expeditoriæ debentur, Magiſtratui eæ deferuntur, verùm etiam aliis in locis Magiſtratus jus Retorſionis exercet; ita ut ſi Agnatus extraneus degat in loco, ubi res expeditoriæ non dantur, ad ſucceſſionem earum alibi non admittatur. *Carpzov. Jurispr. Forenſ. d. conſtit. 38. in text.* §. **und iſt demnach** :c. *& defin. 21. art. 19. verſ.* **oder als fern.** *lib. 1.* **Landrecht.** *Hahn. in obſerv. ad Weſenb. parat. Quod quiq; juris in alter. circ. fin.*

48. Piæ-

48. Præterea pluribus Germaniæ locis, maximè Auguſtæ, Noribergæ, Spiræ, &c. receptum eſt. vid. *Gail. l. 2. obſerv. c. 36. n. 9.* ut quando civis aliò domicilium transferre cupit, certam partem bonorum, den Zehenden/ vierdten oder dritten Pfenning/ aut plus minusvé, oder etwan auch doppelte Steür Magiſtratui ſolvere teneatur. *vid. Berlich. l. 3. concluſ. 52. per tot. Gail. d. l.* Appellatur Jus Detractionis. Germ. der Abſchoß/ Abzug/ Nachſteür. *Beſold. in theſ. pract. lit. A. n. 14. voce* Abſchoß/ Abzug/ ꝛc. *& Speidel. in obſ. ibid. lit. A. in voc.* Abzug. *n. 28.* Detrahitur autem hæc portio de rebus mobilibus, nominibus & immobilibus, etiam alibi extra territorium exiſtentibus. *Carpz. Jur. For. part. 3. conſtit. 38. definit. 19. n. 10. Beſold. d. l.* Solent etiam quandoque Magiſtratus, de hæreditatibus, legatis, fideicommiſſis, rebus utenſilibus aliò transferendis, easdem, ut ſuprà dictum eſt, detrahere portiones, quamvis ſint parentum aut liberorum. *Beſold. & Speidel. d l. Rauchbar. p. 1. qu. 15. Matth. Berlich. part. 3. concl. 52. n. 24. & 25. Carpz. in Jur. For. d. p. 3. c. 38. def. 19. n. 11.* Quod jus deductionis ſive Gabellarum, (in odium peregrinorum inductum. *Carpz. d. l. def. 20. n. 5*) licet ab Imp. Juſtin. abrogatum fuerit *in l. ult. ubi Bl. n. 13. C. de Edict. D. Adrian. toll.* tamen ſtatutum vel conſuetudinem ejuſmodi ſuſtineri, haud obſcurè probatur *in R. I. de ann. 1594. §.* und ſoviel. 81. ubi arreſta pro juſtis & minimè illicitis habentur, quibus Magiſtratus res vel hæreditates huic oneri obnoxias detinere ſolent. *Roding. Pand. Cameral. Tit. 11. §. 2. n. 20. & ſeqq. Carpzov. part. 3. conſtit. 38. in Rubric. & in §.* und iſt demnach. *& ſeq. & d. definit. 19. n. 5. & ſeqq.* In Flandriâ jus, quod vocant, *Iſſuarum*, non ſolùm hæreditati civis non civi delatæ decimam partem detrahit; verùm etiam vivo decimas ſolvendas injungit, ſi in aliam, quàm Hanſeaticam Societatem, urbem aut Caſtellaniam ſe conferre velit. *Speidel. d. l. in Addit.*

2. ex causâ emigrationis.

& peregrinorum ſucceſſione.

49. In Galliis contra *Auth. omnes peregrini. C. comm. de ſucc.* quæ ſumpta eſt *ex Conſtitut. Friderici II. de ſtatut. & conſuet. 5. Feud. 17. §. 10.* jure Albinagii deferuntur ad Principem, bona Alienigenarum, hoc eſt, bona eorum, qui ex Regno alieno in

3. Ex Iure Albinagij in Galliâ.

Galliâ aliquid acquiſiverunt; quibus ſine licentiâ Principis & legitimatione, quàm vocant, factâ, nihil licet in Galliâ acquirere, ſecundum conſuetudinem, de quâ etiam mentio habetur *in l. un. C. non licere habitat. metrocom. lib.* 11. *tit.* 55. definiente ita *C. J. A. ad Tit. de SCt. Sylan. theſ.* 5. Non tantùm autem bona illorum, quid aliquid in Galliâ acquiſiverunt, verùm aliorum quoque, qui, vel ibi tantùm certò tempore habitarunt, vel ſunt ſimplices nuntii ac viatores fiſco regio cedere, docuit *C. J. A. ad Tit. de hæred. inſtit. th.* 4. *num.* 2. *& Speidel. in obſervat. lit. A. num.* 56. *in voce Albinagium.* Nonnullos tamen peculiari privilegio eſſe munitos, ut Helvetios, & alios qui literas *Naturalitatis*, uti vocant, impetrârint, tradit *Speidel. dict. loc.* Liberi quoque ab eo jure ſunt, privilegio Regio Germani, relati in matriculam Nationis Germanicæ in Academiâ Aurelianenſi. *C. J. A. ad tit. de hæred. inſtit. th.* 4. *Abrah. Golnitz. in Itiner. Gallia. in deſcript. Aurel. p.* 211. Factum etiam eſt ex hâc conſuetudine, ut æquitate ſuadente talionis jus contra illos populos exerceatur: daß man auch die ihrige nicht erben laſſe / ſicut tradit *Beſold. Theſaur. pract. d. l. in voc.* Abſchoß. *in fin. Add. Hahn. in obſerv. ad Weſenb. in parat. ad tit. Quod quisq; jur. in alter. circ. fin.*

4 Ex bonis damnator. ad mortem. 50. Itidem, in Galliis conſuetudo contra *Auth. bona damnat. C. de bon. proſcript.* obtinet. Ex Jure enim noſtro (ſicut docet *Weſenb. de bon. damnat. n.* 6. *Add. ſupr. th.* 28. *C. J. A. d. t. de bon. damnat. theſ.* 5. *num.* 7.) bona non publicantur, ſi exiſtant ad tertium uſque gradum hæredes, excepto læſæ Majeſtatis crimine; quod & olim in antiquâ Republicâ obtinuiſſe videtur. *Cicero de Invent. lib.* 2. *cap.* 11. hodieque apud Saxones plerumque ſervatur; at contra (*inquit Anthor citat.*) apud Gallos: *Qui confisque le corps, confisque les biens.* An verò hæc conſuetudo debeat intelligi ſecundum jura antiqua,, ſecundum quæ ex gratiâ pars dimidia liberis relinquebatur, ſi ſupererant. *l.* 1. §. 3. *& l. fin. ff. de bon. damnat.* an verò ſimpliciter, ut privetur filius omnibus bonis? controverſa eſt quæſtio, quam *Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr.* 2. *de confiſcat.*

confiſcat. §. 1. ventilat, & qui tandem *num.* 17. *& ſeqq.* negativæ opinioni adhæret, utpote in praxi receptæ; cui etiam per rationes ab eo adductas ſubſcribimus. Eſſet quidem ut hic etiam aliquid de occupatione bonorum caducorum, ſive Einziehung der Caduc-Güter/ tanquam effectu Renovationis banni à Magiſtratu fieri ſolitæ adjiceremus; quia verò de illâ copioſiùs antè aliquot annos diſſertatione Inaugurali egit Dn. Wieger, Amicus ac Civis noſter honoratiſſimus, ideò B. L. eò remittimus, veniamqué ſimul petimus; quòd hîc præter ſpem filum abrumpere cogamur; reliqua tamen, ſi DEUS vitam largiatur, alio die atque tempore adjecturi.

AD NOBILISSIMUM & PRAECELLENTEM DN. RESPONDENTEM,

Amicum ſingulariter dilectum.

CAnentem ſegetem falci *demittit* ariſta;
Maturasq; ferax *dejicit* arbor opes:
Sic quoque MARBACHI, dum matureſcere monſtras
Ingenii fructus, *iſta caduca cadunt.*
Anne *cadunt* iſthæc? Non, non, ſed docta Minervæ
Sacranda Aſtrææ *colligit* iſta manus.

Anne

Anne *cadunt* iſthæc? annon Tibi ſplendida *ſurgunt*?
Atque meres Celſis inde placere Viris?
En Te felicem! cûi ſpes & vota *caduci*
Jure novis iterum viribus aucta *vigent*.
Sic precor, ut ſemper Tibi res *cadat*, utque *reſurgens*
Felici ex *caſu* munera grata *ferat*.

Sic gratulabundus
vovet animitus

Jeremias Tromer.
Arg. LL. St.

F I N I S.

BIBLIOTECA NA-
ROMA
VITTORIO E...

Caducar.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE JURE CADUCARIO SECUNDA,

QUAM

DEI OPT. MAX. PRÆSIDIO FRETUS,

Authoritate ac Decreto

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ATQUE AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS IN ILLUSTRI UNIVERSITATE PATRIA,

PRO

Summis in utroque jure Honoribus & Privilegiis DOCTORALIBUS ritè conſequendis

Publicè ac ſolenni diſquiſitioni exponit

ULRICUS MARBACHIUS, ARGENTINENSIS,

Ad diem 3. Menſ. Maji. horis locoq; conſuetis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI,
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

Anno M DC LXXVII.

VIRIS
GENERE, MUNERE AC MERITIS
ILLUSTRIBUS,
LIBERALISSIMI LEGATI
SCHENCKBECHERIANI
MAGNIFICIS atq; AMPLISSIMIS
DOMINIS PRAEFECTIS,
PATRONIS
OPTIMIS MAXIMIS
OMNI
VENERATIONIS
ET
OBSEQVII CVLTV
VENERANDIS,

HANC
INAUGURALEM DISPUTATIONEM
DE
JURE CADUCARIO SECUNDAM

DEMISSE OFFERT ATQUE
DEDICAT

Humillimus Cliens
Ulricus Marbachius, Argent.

CAP. II.

De Materiâ Subjectivâ.

THESIS LXI.

Materia ſubjectiva principalis eſt.

PRrogrediendum nunc erit ad *materiam ſubiectiuam*, quam *ſ. th.* 4. 7. & 8. in definitione eiusquè explicatione; *Summam poteſtatem, & eos, qui ab Eâdem conceſſione aut præſcriptione vel conſuetudine acquiſiuerunt*, eſſe, dixi. Nec intereſſe videtur, ſiue Eam Populus, ſiue Princeps Superiorem non recognoſcens habet. *Caſpar. Klock. de Ærario lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 34. *ibiq;* *DN. Peller. in obſeruat. n.* 30. Hinc indubium planè eſt, *Populum Romanum* in liberâ Republicâ *Jus Caduci* exercuiſſe. Conſtat enim eo tempore triplex Ærarium fuiſſe: *Vnum* commune ſeu publicum, à *Publicolâ* inſtitutum, in quâ & civium tributa, & ſociorum vectigalia & prædæ Imperatorum aſſeruabantur, ad bellorum ſumptus ordinarios ſuſtinendos. *Alterum* erat ſanctius, intentioris curæ, in quo aurum viceſimarum, (quam ii qui manumittebantur, *ex L. Manliâ* fortunarum ſuarum partem ærario inferre cogebantur. *Livio teſte. lib.* 7. *cap.* 16.) cuſtodiebatur ad ultimos Reipublicæ caſus, ut notat *Livius lib.* 27. *cap.* 10. *Cicero lib.* 7. *ad Attic. ep.* 20. Ex quo *Cajus Cæſar* primo introitu urbis, in civili bello, laterum aureorum ſex & viginti millia protulit, & in numerato pondo trecenta. *Plin. lib.* 33. *Hiſtor. natur. cap.* 3. qui & alibi initio belli civilis inter aurum argentumquè protuliſſe ex ærario laſerpitii pondo centum undecim. *lib.* 19. *cap.* 4. (nam ſuccus eius laſer, in uſu medica-

in liberâ Republ. Popul. Roman.

mentisquè magnificus & ad pondus argentei denarii penſus) quod erat tot triumphis partum congeſtumquè. Eſtquè ſanctius ab antiquis dictum, quod prorſus intactum erat, ex quo nihil promi licebat ad annuas neceſſitates. *Tertium*, quo pecunia belli Gallici causâ continebatur, quam Gallico bello contulit populus, cum execrationibus, eam indè non amovendam niſi bellum Gallicum impenderet. *Petrus Gregor. Tholoſan. lib. 3. de Republ. cap. 3. n. 4. & ſeq.* Quamvis hoc non ſeparatum aliquod, ſed idem cum ſecundo fuiſſe videtur. *Add. Klock. de Ærar. d. lib. 1. cap. 2. n. 47. & ſeqq & DN. Peller. in Obſeruat. n. 61.*

In ſtatu Monarchico, eoq; vel Veteri, abſolute Impp.

62. In ſtatu verò Monarchico, poſtquam *Lege Regiâ*, quæ de Imperio Principis lata eſt, (tempore quantum cum *Weſenbec. in parat ff. de Conſtit. princ. n. 1. Ungebaur. Exerc. 2. q. 4. Ludvvell. Diſp. 1 th. 13. lit. c.* Auguſti, quem primum legibus fuiſſe ſolutum poteſtatemquè populi & Senatus ac Tribunorum ad ſe tranſtuliſſe, ſcribit *Tacit. Lib. 1. Ann. cap. 1. n. 3. & Dio Lib. 53.*) populus Ei & Eum omne ſuum Imperium & poteſtatem contulit. *l. 2. §. noviſſimè. 11. ff. de O. I. §. 6. Inſt. de Conſt. princ. & l. 1. ff eod.* ad *Imperatorem* quoque *Jura Fiſci* indubitanter translata ſunt. *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib 1. tit. 2. n. 38. Matth. in Stephan. de Iuriſd. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 1. n. 2. C. I. A. ad Tit. de I. F. th. 6.* Cæterùm ea jura in eo conſiſtere videntur non tantùm, quod rerum fiſcalium adminiſtratio, quaſi ſtipendia laboris, in uſumfructum Principi conceſſa ſit. *l. 2. §. hoc interdictum. 4. ff. ne quid in loc publ. l. ult. C de quadr. præſcript.* ita ut utilitate Reipublicæ accedente, eæ quoque exiſtant in comercio, & emi, vendi, locariquè poſſint. *§. ult. Inſt. de uſucap. & l. 2. C. de quadrien. præſcript. Peregr. d. lib. 1. tit. 1. n. 8. C. I. A. d. t. th. 7.* variisquè in jure definitis caſibus. *Vid. l. 1. & aliquot ſeqq. ff. de I. F.* bona ſubditorum Eidem applicentur. *Ægid. Boſſ. in Tractat. mater. criminal. Tit. de pœn. n. 25. Weſenbec. Tit. de Bon. damnat. n. 2.* Verùm etiam (ſi fortè pœna corporalis vel gravior aliqua animadverſio ex causâ mutanda ſit in pecuniariam, *Fac. Conſtit. criminal. art. 158. ibiq; Ziertz. & Steph. in obſervat. Treutler. lib. 1. diſp. 3. th. 4. lit. e. C. I. A. ad Tit. de pœn. th. 21.* Et vice verſâ ſi ſeverior pœna imponenda veniat, quam quæ ex legibus debe-

debetur, ut in evitandâ infamiâ. *l. quid ergo. 13. §. pœna 7. ff. de his qui notant. infam. l. 3. & l. ſeq. C. eod. l. in ſervorum. 10 §. fin. ff. de pœn. Weſenbec. in Tit. de his qui not. infam. n ult. Add. Peregrin. d. tr. de I. F. lib. 5. Tit 1. n. 32. Sebaſtianus Guazzinus Jctus, Romanæ Curiæ in cauſis criminalibus quondam Aduocatus primarius. Tractat. de Confiſcat. bonor. concl. 12. n. 5. 6. & 25 Sixtin. de Regalib. lib. 2. Tit. 8. n. 6. & ſeqq. & Tractat. Gundiſſalvii de Villadiego de hæretic quæſt. 17. per tot. qui extat in Volumine præclariſſimo omnium Tractatuum Criminal. D. Joh. Bapt. Ziletti, Veneti.* Item ſi id quoque publica utilitas requirere cenſeatur. *Videatur Dn. Georg.* Obrechts Politiſches Bedencken von Verbeſſerung Land vnd Leuth *Tit. 15.* vnd über daſſelbe weiters angeſtellte Erklärung. *eod. tit. ubi nonnullos ejusmodi modos recenſet.*) quod præter legis diſpoſitionem in caſibus à jure non expreſſis, confiſcationem, etiam omnium bonorum, inducere poſſit. *l. un. C. ne ſine juſſ. Princip ibiq; Gl. Peregrin. de I F. lib. 1. Tit. 2. n. 90. & lib. 5. Tit. 1. n. 25. & ſeqq Guazzin. d. concl. 12. n. 1. 9. & 19. C. I. A. d. Tit. d. Bon. damn. th. 6.*

63. Hinc cum tempore Auguſti, ad urbis præſidium & tuendos Imperii fines plurimæ legiones alendæ eſſent, nec Auguſto tot ſumptus ſuppeterent, de reditu quodam perpetuo id ſufficienti Senatum conſuluit; quo non inuento, Ipſe ærarium militare conſtituit, atque in illud pecuniam pro ſe & Tiberio intulit, promiſitquè ſe quotañis idem facturum, aliquot Regibus & populis idem facientibus. Cùm verò nec hoc modo illud ſatis locupletaretur, utilitate publicâ ſuadente, *Lege Julia & Pappiâ* conſtituit: Ut pars hereditatum ac legatorum viceſima eo inferretur, exceptis iis, quæ proximis cognatis aut pauperibus relinquebantur: *Roſin. de Antiquit, Roman. lib. 7. cap. 31. Item* ut decima pars eorum fiſco applicaretur, quæ conjunx moriens ſine liberis conjugi reliquiſſet. *Sic aliud ejus caput*, ut ſi heres inſtitutus, vivente teſtatore, vel ante aditam hereditatem deceſſiſſet, fiſco bona addiderentur. *Vid. ſ. th. 2. & 15. Inſuper* ærario acceſſit centeſimus rerum venalium nummus. *teſte Suetonio cap. 49. Klock. de Ærario d. lib. 1. cap. 2. n. 51.* Eæ tamen leges mutatis temporibus, in quibus alienis facultatibus inhiare

 videban-

videbantur ac propterea prudentibus diſplicere cœperunt, penitus per Juſtinianum *in l. fin. C. de Edict. Diu. Adrian. tollend. l. 1. & 2. C. de infirm pœn. cœlib. l. un. C. de caduc. tollend.* abrogatæ fuerunt. *Vid. Perez. in prælect. ad d. Titulos.*

Subſidiaria, ſunt Magiſtratus: iiq; Vel.

64. Cum Imperatores, ut in aliis, ita in his quoque negotiis omnibus ſupereſſe non poſſent. *arg. §. Senatusconſultum. 5. Inſt. de I. N. G. & C. l. 2. §. deinde. 9. ff. de O. I.* Jura confiſcandi bona Magiſtratibus conceſſerunt. Non tamen omnibus plenariam poteſtatem dederunt; *tùm* quia poena privationis omnium bonorum cauſæ criminali æquiparari videretur. *ut Gl. docet in l. un. C. de reis poſtul. lib. 10. Tit. 58. tùm* ne contra æquitatem pœnæ extenderentur, & ne non maturo ſatis conſilio bona alicuius auferrentur, neuè affectibus judicum nimiùm concederetur. *l. un. C. ne ſine juſſ. princ. ibiq; Perez. n. 2.* ſed tantùm Majoribus, utpote iis, qui in ſummâ adminiſtrationis poſiti erant poteſtate. *d. l. un. ibiq; Gl. Peregrin. de I. F. lib. 5. Tit. 1. n. 25. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 12. n. 10.* Quia Impp. crediderunt, Eos qui ob ſingularem induſtriam ad hujus officii magnitudinem adhibebantur, non aliter judicaturos & facturos eſſe, pro ſapientiâ ac luce dignitatis ſuæ, quàm Ipſi forent judicaturi. *l. 1. §. 1. ff. de Off. præf. prætor. Add. ſup. th. 9.*

Majores quales erant.

65. *Majores Magiſtratus* erant, tempore Imperatorum, *notante Goth. ad d. l. un. C. ne ſine juſſ. Princip.* Præfectus Prætorio, Vicarii, & Præfectus Urbi. *Præfectis enim Prætorio* Princeps ſummam rerum judiciorumquè commiſit iique pleniſſimum poſt Principem Imperium habebant, eorumque poteſtas reliquorum Magiſtratuum poteſtatem omnem complecti dicebatur. *Johan. Herman.* Stamm *Jctus, Conſiliarius quondam Naſſouicus. Tract. de Homin. propr. lib. 3. cap. 10. n. 3. & ſeqq.* Adeò ut à ſententiis eorum non appellaretur. *l. un. ff. de off. præf. prætor. l. un. C. eod. l. ſi quis. 5. C. de precib. Imp. offer. l. un. de ſent. Præf. prætor. l. à proconſulibus. 19. l. ſi quis. 30. l. iam triceſima. 35. C. de appell.* neque reſtitutio in integrum peteretur, niſi ab Ipſis. *l. præfecti. 17. ff. de minor.* & ſummatim ad jurisdictionem Eorum pertinebant, omnia tàm publica quàm privata, & tàm criminalia quàm civilia, in quibus omnibus, vel Ipſi cognoſcendi, vel alios

Præf. Prætorio.

judices

judices dandi poteſtatem habebant. *Vultejus in jurisprud. Roman. lib. 1. cap. 13. verſ. Præf. prætor.* Erant tempore Juſtiniani quatuor, nimirum (1.) *Orientis*, (2.) *Illyrici*, (3.) *Affricæ*, in quâ poſt Affricam à Vandalis liberatam, Romanoquè Imperio reſtitutam, Ipſe proprium præfectum conſtituit. *Vid. t. t. C. de off. præf. prætor. Affricæ. ibiq. Perez.* (4.) *Italiæ*, quam poſtea Idem à Gothis recuperavit & Præfectum ei præfecit. vid. *Nouell. 69. in Epilog. & 70. ibiq. Goth. lit. d. & l. Weſenbec. t. t. ff. de off. præf. prætor. Vultei. d. l. DN. Struve. Exercit. 4. th. 14. & 3. ſeqq.*

66. *Vicarii* erant Magiſtratus Provinciales, qui pro Præfecto prætorio in tractum vel diœceſim aliquam mittebantur, aliquot in ſe continentem provincias. *Cujac. in parat. C. de off. præf. prætor. Goth. in not. ad Tit. C. de offic. Vicar. lit. u.* Quorum in præfecturâ prætorianâ fuiſſe tres oſtendit *l. fin. C. de diverſ. offic. lib. 12. tit. 60.* ſed ex his Vicario Diœceſeos Aſianæ & Ponticæ abrogatis, utrumque in unicæ provinciæ nempe Galatiæ Pacatianæ adminiſtrationem commutavit, eosquè non ampliùs Vicarios ſed Comites appellavit. *Nouell. 8. cap. 2. & 3. & 20. cap. 6. ibiq. Goth.* In Occidente verò, itidem tres erant *Romæ*, *Affricæ*, & *Hiſpaniarum*, cujus mentio fit in inſcriptione *l. fin. C. quorum bonor. l. ſi à ſponſo. 16. C. de donat. ante nupt.* Hi cum Præfecto prætorio poteſtatem habebant parem, quam non à Præfecto prætorio, ſed à Principe accipiebant. *arg. l. 1. §. à præfectis. 4. ff. de leg. 3. l. eos. 6. §. 2. C. de mod. mulct. l. 1. C. de offic. Vicar.* Quandoque tamen in dubiis referre ad Principem poterant. *l. ult. C. eod. Vult. d. l. verſ. Vicarius. Perez. Weſenbec. & C. I. A. ad Tit. de offic. Vicar. per tot.* Vicarii.

76. *Præfectus urbi* erant Magiſtratus, cui Princeps Urbis terminorumquè ejus curam commiſit, ab Auguſto Imperatore rerum potito ad confirmationem Imperii, noviquè Reipublicæ ſtatus, more Regio, ut perpetuus ſit, primùm inſtitutus: Ex Epiſtolâ *Divi Severi* ulteriùs ampliatus. vid. *l. 1. ff. h. t.* Ejus officium in eo præter alia conſiſtebat, quod omnia crimina audiverit, quæ vel in ipsâ urbe vel intra centeſimum lapidem admittebantur. *l. quoniam. 7. C. ad L. Fab. de plagiar. l. ult. ff. de offic. præf. urb.* Habebat jus gladii, item licentiam relegandi deportandiquè in Præfectus urbi.

 inſulam

inſulam à Principe deſignatam, puniendi coercendiquè tutores curatoresve, qui malè in tutelâ vel curâ verſati fuerint. *§. ſed ſi quis. 10. Inſt. de ſuſpect. tutor. d. l. 1. §. ſolent. 7. ff. de offic. præf. urb. Vult. d. cap. 13. verſ. Præfectus urbi. Add. Weſenbec. & Perez. ad Tit. ff. & C. de offic. præfect. urb.*

68. *Minores Magiſtratus*, quibus aliqui ſolùm gradus ſive Imperium minus plenum tributum erat, fuerunt, e.g. in Urbe Conſules. *arg. l. 2. ff. de in jus voc. l. § . ult. & l. 4. ſeq. ff. de recept. arbitr. l. quidam. 57. ff. de re judic. C. I. A. ad tit. de off. Conſ. th. 5 Dn. Struve Exercit. 4. Synt. Civil. th. 11.* Prætores. *arg. d. l. 2. § . capta. 32. verſ. deinde. ff. de O. I. l. 2. ff. de in jus voc. l. 1. pr. & §. quæſtionem 25. l. 3. §. quod ad cauſam. 18 & l. ſeq. ff. de SCto. Silan. l. 2. pr. & l. ſepulchri. 8. ff. de ſepulch. viol.* Item quæſtor, qui à Juſtiniano in urbe Conſtantinopolitanâ conſtitutus eſt, de quo in *Nov. 80.* agitur. *Perez. ad Tit. C de off. quæſtor. n. 5. Dn. Struv. eod. Tit. Exercit. 4. th. 2 . Rittershuſ. in Expoſit. Novell. part. 12. cap. 1* . In Provinciis autem Proconſules. *l. ſi in aliam. 7. §. ult. l. ſeq. ff. de offic. proconſ.* non item ejus legatus. *l. ſi quid erit. 11. junct. l. ſolent. 6. ff. eod. l. 1. C. eod. Perez. ad Tit. de off. proconſ. n 9. & 10. Struve d. Exercit. 4. th. 29.* Item Præſides. *arg. l. 3. & l. ſeq. l. ex omnibus. 10. cum l. ſeq. ff. de off. præſid. Nov. 8. cap. 6. Add. tamen. l. 3. C. de off. præf. prætor. Orient. l. ne quis 38. C. de decur. l. fin. C. ad L. Jul. repetund. & Weſenbec. Tit. de offic. præſid. Perez ad Tit. de offic. Rector. Dn. Struve. Exercit. 4. th. 34.*

3. Minores, qui non omnem,

69. Et hi Magiſtratus confiſcare poterant, quando confiſcationis pœna veniebat imponenda à lege apertè ita diſponente, veluti in eo, qui contraxit inceſtas nuptias. *Nov 12. pr. l. ſi quis. 6. C. de inceſt. nupt.* vel in ſequelam pœnæ, utpote mortis vel deportationis. *l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. in metallum. 4. C. de bon. proſcript.* quatenus, ut ipſius legis miniſtri de crimine cognoſcentes, ad opus Principis faciebant. In caſibus verò à jure non expreſſis tunc demum, quando relatione ad aures Principis factâ, Is expreſsè publicationem omnium bonorum commiſerit. *d. l. un. C. ne ſine juſſ. Princ.* Vel quando pro aliquo ſingulari delicto bona publicari mandaverit; cum Princeps ſit lex animata in terris. *Add. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. n. 24. & 25. Guazzin. concl. 12. n. 16. & 17. Ariſmin. Tepat. Deciſ. Tit. 301. cap. 2.*

Sed ordinar. tantùm confiſc. habebant.

in

in verbis. VEL NON. in verſ. confiſcatio omnium bonorum. Jul. Clar. Sentent. lib. 5. §. fin. quæſt. 78. verſ. quæro nunquid. Perez. ad d. Tit. ne ſine juſſ. Princip. n. 1. & 2. Add. ∫ *th. 9.*

70. Et hæc *jure Juſtinianeo* obtinebant; *hodierno* verò hoc jus regale ſicuti cætera, ulteriùs extenſum eſt, ubi poſt diviſum Romanum Imperium *Caroli Magni* auſpiciis ipſumquè ſequentium Imperatorum temporibus, nova Reipublicæ facies apparuit, & ea, quæ ante in nullius patrimonio & commercio erant, Statibus communicari cœperunt. *Henric Bruning tract. de variis Univerſit. ſpecieb. th. 25. lit. b.* Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 1. Tit. 1. num. 3. & de homin. propr. lib 3. cap. 8. num. 12. & cap. 10. n. 14.* Imò nonnulla ita comunicata, ut ne Imperator ea ſolus ſine Statuum conſenſu exercere queat; qualia ſunt, condere leges univerſales, ut apparet vel ex *formulâ illâ, quæ paſſim in Receſſibus reperitur*: Haben wir uns mit den Ständen/und Sie hinwiederumb mit uns verglichen. *&c. Johannes Limnæus in Jure publico lib. 1. cap. 10. n. 32. Juſtus Sinolt. cognom.* Schütz. *U. J. D. Conſiliarius quondam Haſſo-Darmſtadinus. &c. in Collegio publico de Statu Rei Romanæ Vol. 1. diſput. 3. th. 20. lit. E F. & G. Benedictus Carpzov. I. C. in Legem Regiam Germanorum Comment. cap. 13. ſect. 8. n. 13.* Suſcipere bellum, decernere pacem, imponere vectigalia, indicere conventus, & quæ ſunt ſimilia; uti pleniſſimè id ex Capitulationibus Imperatorum apparet. Hinc de *ſtatu Imperij Romani* diverſa doctorum Virorum nata judicia, quæ examinata videri poſſunt. *apud Limn. d. l. n. 11. uſq; ad fin. & in Addit. Tom. 5. p m. 154. & ſeqq.* Et *in Notitiâ S. R. I. Dn. Bœcleri. p. m. Lib. 22. per tot.* Nos *cum Rümelino ad Aur. Bull. diſſert. 3. th. 18. & diſſert. 5. th. 10.* Schütz. *diſput. 1. th. 25. Carpzov. de Leg. Reg. German. cap. 13. ſect. 6. Reinkink. de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 2. cap. 1. n. 194. & ſeqq.* Statum Imperii ab ipsâ regiminis formâ ſeu adminiſtratione ſeparantes, non Ariſtocraticum, non mixtum, *ſed Monarchicum* eſſe putamus, illum verò *ariſtocraticè* temperatum.

Hodierno, mutatâ Reipubl. facie competit.

71. Hujus ſtatus eſſentiale *Imperatori* ſoli adhuc tribuit *Majeſtatem atq; omnia ejus jura*; Quæ vel *pacis* vel *belli* ſunt. *Illi* triplicia memorant, *Poteſtatem* ſcilicet *Religionis adminiſtrandæ, Academias erigendi & juris dicendi.* Ad *Poteſtatem juris-*

Vi Majeſtatis ſoli Imperatori: attamen

dicendi

dicendi pertinet inter alia *poteſtas legum ferendarum & interpretandarum, pœnarum irrogationem earumq; executionem.* Schütz *d. th.* 19. & 20. Ad hanc *jura fiſcalia* quoque referri poſſunt, quæ Imperator proprio ſuo jure habet, & univerſalia, quia quoad ea ubique locorum fundatam habet jurisdictionem. *Peregrin. de I.F. lib. 1. Tit. 1. n. 39. & Tit. 2. n. 41. Petrus Gregorius. lib. 31. cap. 31. n. 9. Matthias Stephani. tract. de Jurisd. Imp. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 1. n. 1. & 49. Limn. ad Capit. FERD. III. art. 28. in verbo:* Belehnt. Schütz. *Vol. 2. diſput 9. th. 1. lit. A.* Hinc cauſæ fiſcales ad *ſumma* quoque *Imperij Tribunalia* pertinent, illarumquè cauſâ duo Procuratores Fiſci generales conſtituti ſunt, alter Vienæ & alter Spiræ Nemetum, quorum uterque pœnas Fiſco adjudicatas Cæſari tranſmittere tenetur. *Ord. Cameral. lib. 1. Tit. 16. §. fin. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 8. Roding. in Pand. Camer. lib. 1. tit. 8. lit. a. Add. infr. th.* 140. Cæterùm ſicut Imperator leges univerſales condere nequit, ſed eas in Comitiis cum approbatione ſtatuum edicit, ita & pœnas Procerum voluntate determinatas præfigit. *Receſſ. Imper. de anno* 1544. § Wir haben uns auch. 63. *R. I. anno* 1521. *ſub Tit.* Ordnung deß Landsfriedens zu Wormbs. §. 3. *R. I. ann.* 1529. *ſub Tit.* Constitution oder Mandat wieder die Widertäuffer. §. 3. *ibi:* hierauff gebieten wir. *R. I. de anno* 1530. §. und dieweil. 72. *ibi:* demnach gebieten. Schütz. *d. Vol. 1. diſput. 3. th. 20. lit. G. H. & I.*

Limitativè.

Ex conceſſione; idquè vel univerſaliter. 1. Regi Roman.

72. Proximum ab *Imperatore* locum *Rex Romanorum* obtinet. *Aur. Bull. cap. 4. & paſſ. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 9. Matth. Stephani. de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 50. & 51. Reinkingk. lib. 1. claſſ. 3. cap. 14. pr. Becker. in Synopſ. Jur. Roman. German. lib. 2. cap. 6. pr.* Qui tamen vivo, conſentiente vel reclamante Imperatore, ſi Septemviri electionem è Republicâ eſſe judicarint. *Capit. FERD. III.* §. und inſonderheit. 38. *eligitur,* ut eo defuncto, in jure Imperii ſine ullâ controverſiâ ſuccedat, *Becker. d. l.* Medio autem tempore omni Majeſtate careat, quamvis caput Imperii dicatur. *R. I. de anno* 1555. §. und im fall da die Kayſerliche Majeſtät. 66. *ibi:* an ſtatt Kayſerlicher Majeſtät oder Unſer als der Häupter. *Reink. d. l. n. 47. & ſeqq.*

ſeqq. Rümelin. ad Aur. Bull. part. 3 diſſert. 2. th. 6. ibiq. Dn. Myler. in Addit. & ſit perpetuus Imperii Vicarius à lege, id eſt, electione, qui unum cum Superiore ſuo tribunal habere cenſetur; ita ut Imperatore præſente nihil agere vel gerere poſſit, ſed omnis Ejus poteſtas quaſi ſub cineribus ſepulta deliteſcat. *per Capitul. MAXIMIL. II. art. 15. RUDOLPH. II. art. 32. FERD. III. art.* Wir ſollen. 49. ſed ex commiſſione Imperatoris. *Limn. ad Capit. FERD. I. art. 2. verſ.* durch uns an ſtatt der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät. *n. 14. & ſeqq.* Schütz. *Vol. 1. diſp. 5. th. 3. lit. A. & B. DN. Bœcler. in Notit. S. R. I. lib. 4. cap. 2.* Eo abſente vel impedito ſuprema Judicia conſtituere, Comitia convocare & reliqua Jura Imperatoria exercere. *Ord. Cameral. part. 1. tit. 1. §. 3. & part. 2. tit. 18. in fin. R. I de anno 1542. §.* und damit ſolches. 15. *R. I. de anno 1555. §.* und ſollen in oberzehltem. 64. *& §. 66. Limn. in Jur. publ. lib. 2. cap. 15. n. 34. uſq. 44. Reink. d. l. n. 41. Steph. d. l. n. 59.* Schütz. *Vol. 2. diſput. 8. th. 3. lit. C.*

73. *Vicarius Imperij*, vacante Imperio, cum ex *Aureâ Bullâ cap. 5.* ampliſſima poteſtas conceſſa ſit, ut non tantùm pleno jure ſumma Judicia exercere, & in eodem Imperatoris poteſtati in non prohibitis æqualis eſſe cenſeatur. *Reink. d. lib. 1. claſſ. 4. cap. 14. n. 5. & ſeqq.* verùm etiam reditus & proventus recolligere poſſint, ſine dubio Iisdem eadem Jura Fiſcalia attribuimus. *Limn. in Jur. publ. lib. 3. cap. 12. n. 50. 68. & 80.* Schütz. *d. Vol. 1. diſp. 5. th. 14. & th. 17. Rümelin. ad Aur. Bull. diſſ. 4. th. 15. & 16. Becker. cap. 7. th. 4. & ſeqq.* *2. Vicarii Imperij.*

74. Ad Juriſdictionem illam, quæ reſpectu particularium, quas Imperium noſtrum in ſe comprehendit, Rerumpublicarum, in ſingulis Statibus eſt, ratione ſuorum Territoriorum, in quibus analogam Majeſtati Imperatoriæ poteſtatem habent; quæ vocatur in ſpecie *Superioritas* ſeu *Juriſdictio Territorialis*, Landes Fürſtliche hohe Obrigkeit / vel in Civitatibus Imperialibus, Landes hohe Obrigkeit ꝛc. *Matth. Stephan. d. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 15. & ſeqq. item n. 86. & ſeqq. Gaill. lib. 2. obſerv 57. n. 7. & de arreſt. cap 9. n. 1. Limn in Jur. publ. Tom. 3. lib. 7. cap. 1. n. 49. & 50. Carpz. in Comm. ad L. Reg. cap. 3. ſect. 11. n. 26. Dn. Struve in Synt. Jur. Civil. Exercit. 4. th. 79. Dn. Peller. in Obſervat. ad Klock. de Æra-* *Particulariter: ratione Territoriorum, Statibus Imperij.*

 rio

rario. lib. 1. cap. 2. n. 30. Jura Fiſci pertinent. Schütz *d. Vol. 1. diſp. 6. th. 19. Steph. d. l. n. 201. & 470. item memb. 1. n. 1. Knichen de ſubl. Territ. Jur. cap. 3. n. 186. uſq. n. 192. it. 394 & ſeqq & in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum* Ducum *cap. 5. n. 60. & pl. ſeqq. quem remiſſivè allegat Limn. in Jur. publ. Tom. 2. lib. 4. cap. 8. in fin. Carpz. d. l. n. 11. Dn. Myler. in Tract. de Princip. & Stat. Imper. Rom. Germ. part 2. cap. 68. per tot. & in annot. ad Rumel. diſſ. 1. th. 13. lit. b. Becker. all. Synopſ. lib. 3. cap. 4. th. 18. Dn. Struve d. Synt. Exercit. 50. th. 33. Add infr. th. 96.*

Differunt à Iure Imperat. 75. Ea ab Imperatoris jure in eo differunt, quod tantùm ſint particularia. *Peregr. d. lib. 1. tit. 1. n. ult.* deinde à conceſſione & confirmatione Imperatoris, non verò proprio jure, dependeant. Schütz. *Vol. 2. diſp. 9 th. 1. lit. A. Stephan. d. l. m. 1. n. 3. cum ſeqq. & n. 47. & 48.* Stamm. *de Servit. perſonal. lib. 1. tit. 2. cap. 3. n. 9. & ſeqq.* *Magiſtr. veter. Rom.* A Magiſtratibus veterum Romanorum, quod hi jurisdictionalia precario aliquo adminiſtrationis ſeu magiſtratus titulo: Status verò Imperii noſtri jure proprio & ordinario omnia ea, quæ antea tanquam officiarii tantùm & vice Imperatoris gerebant, vigore inveſtituræ Cæſareæ, temporisquè immemorialis uſu, nunc tanquam utiles Domini irrevocabiliter & in perpetuum exerceant. *Reink. de Regimin. ſecul. & eccleſ. l. 1. cl. 5. cap 7. n. 17.* Stamm. *de Homin. prop. lib. 3. cap. 10. per tot. in quo oſtendit, in quibus conveniant & diſcrepent, imprimis n. 14.*

Hinc quæſtio? 76. *An autem aliquis Imperij Status pœnam confiſcationis omnium vel partis bonorum in delicta alia, quam in quibus de Juſtinianeo & noviſſimo Receſſuum Imperij jure ea inducta reperitur, de novo ſtatuere poſſit?* Non inutilis quæſtio eſt, quam licet *negativè* reſolvat *Klock Tractat. de Contribut. concl. 65. & de Ærar. lib. 2. cap. 85. n. 44. & ſeqq.* diſtinguendos tamen caſus putamus, an ſcilicet hujusmodi ſtatuta *præter* jus commune ferantur, an verò *contra*: Si *prius*: qualia exempla *ſ. th. 45. & ſeqq.* allegavimus, affirmatur, modò ſe in iis, quæ Cæſaris ordinationi ſunt reſervata, non intromittant, quod præter *practicam quotidianam* docet *Ord. Cameral. part. 1. tit. 57.* Sin *poſterius*: inter leges Cæſareas ulteriùs diſtinguendum, an ſcil. illæ *ſimpliciter & abſq; clauſulâ derogatoriâ* latæ ſint, & *hoc caſu* ſi nihil tamen peccati nutriatur, legibus

legibus licitè ſublatis jura provincialia rectè illis ſubſtituuntur. *Facit huc* P. O. zu Franckfurt gebeſſert *de anno* 1577. *Tit.* 15. *§.* 3. *Gaill. de P. P. cap.* 6. *n.* 11. *& ſeqq. & de Arreſt. Imp. cap.* 9. *n.* 1. *Weſenbec. in parat. ff. de LL. n.* 3. *Schneidevv. in §.* 1. *Inſt. de I. N. G. & C. n.* 17. *Knichen. de ſubl. & reg. terr. jur. cap.* 1. *n.* 366. *& ſeq. Dn. Struve Synt Jur. Civ. Exerc.* ..*th.* 41. Quod ſi cum clauſulâ derogatoriâ; (Exempla videri poſſunt *in cap cæterùm.* 5. *extr. de juram. calumn. Auth. Habitâ. C ne filius pro patr. R. I. de ann.* 1529. *ſub Tit.* Kayſerl. Conſtitution / wie Brüder und Schweſter Kinder. :c. Sic de contractibus uſurariis, monopoliis & aliis ſub clauſulâ derogatoriâ & annullatoriâ prohibitis, videatur P. O. *de ann.* 1548. *&* 1577.) contraria ſtatuta valere nequeunt. Stamm. *d. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 8. *per tot.*

77. Præter Status Imperii alii quoque *Cives* ejusdem ſunt, qui vel *Immediati* vel *Mediati* dicuntur. *Illi* neminem niſi Imperatorem & Imperium recognoſcunt. *Receſſ. Deput. de ann.* 1564. §. und wollen wir. 29. *R. I. de ann.* 1548. §. wiewol auch. 66. Quales ſunt, *primò*, *Multi Principes, Comites & Duces*; Eorum exempla refert Schütz. *Vol.* 1. *diſp.* 6. *th.* 10. *lit. E. Arum. de Comit. cap.* 4. *n.* 76. *& ſeqq. Becker. d. lib.* 3. *cap.* 10 *n* 4. *Add. Limn. in Addit. Tom.* 4. *ad lib* 1. *cap.* 7. *p m.* 75. *Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 1. *n.* 18. *& ſeqq. Lampad. in Tract. de Conſt. Imp. Roman. German. part.* 2. *cap.* 5 *n.* 10. *& ſeqq.* Quibus annumerantur Principes Appannagiati, qui ſecundum receptam in Germaniâ noſtrâ conſuetudinem ut & majora feuda dividantur, in nonnullis locis & caſtris ſeparatam quandam jurisdictionem & adminiſtrationem habent. *Add. Knich. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum* Ducum *cap.* 3. *per tot. Henric. à Roſenthal. in Tractat. & Synopſ. Jur. Feud. cap.* 9. *aphor* 5. *n.* 5. *Dn. Caſpar. Butſch. p. m. in Comm. ad Conſuet. Feud. ad Tit.* 55 *§.* 1. *verſ. præterea.* 6. *notab. Gaill.* 2. *obſervat.* 153. *n.* 2. *Schneid. ad §. quædam actiones.* 20 *actione fam. herc. Inſt. de act. n.* 37. Schütz. *Vol.* 1. *diſp.* 8. *th.* 10. Atque hinc quamvis forſan Eisdem qualitatem Status communicatam obſervantia hactenus in Comitiis non deprehenderit. Schütz. *d. diſp.* 8 *th.* 9. *lit. C. Matt. Steph. de Jurisd. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *n.* 49. *& ſeqq. Limn. in Jur. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 64. *& ſeqq. & Tom.* 5. *Addit. p. m.* 117.

Cæterùm Imperii Civibus qui vel immediati;

Quales ſunt 1. *Multi Princ. Com. & Duc.*

F 2 *Carpzov.*

Carpzov. in d. Comm. de L.R.G. cap.3. ſect.12. n.34. attamen cum certum ſit, Jus territoriale ad Statum non reſtringi, & poſſe ſine dignitate Status conſiſtere, tanquam Membris immediatis Jura Fiſcalia attribuuntur. Schütz. *d. Vol. 1. diſp. 6. th. 10. lit. E. Dn. Bœcler. in Notit. S.R.I. lib.5. cap. 1. verſ. Imo hanc ipſam.*

2. Nobil. immed. 78. *Secundò*, ſunt *Nobiles immediati*, die Freye von Adel/ Freye Ritterſchafft/ die ohngemittelte gefreyete Ritterſchafft / qui à loco, vbi degunt, in tres claſſes diſtribuuntur, Franconicam, Suevicam & Rhenanam. R. A. *de anno 1500.* Was man mit der Ritterſchafft zu Francken/ Schwaben und Reinlanden handlen ſoll. R. A. *de ann. 1542.* §. demnach haben wir. &c. Hodie Nobiles Alſatiæ inter immediatos Imperii quoque ſpecialiter referri ſolent. *Vid. Limn. in Jur. publ. Tom. 4. Addit. ad lib. 6. cap.3. p.73. quem remiſſivè allegat Dn Bœcler. in Not. S. R I lib 10. cap. 2.* Habere tamen Eos, ſimul in Jure territorii, ad inſtar Civitatum & aliarum Univerſitatum. *Vid. Gaill. lib.2. obſ.62. n 2. Reink. d. lib.1. cl.5. cap.10. n.14. Limn in Jur. publ Tom.2. lib 6. cap. 3 n.38.* Schütz. *Vol.1. diſp.6. th.10. lit.F. Rümelin. ad Aur. Bull. diſſert.1. th.13.* etiam *jus noſtrum Caducarium* vel inde patet, quod *in Capitul. LEOPOLD. art.27.* Principibus & Statibus Imperii in confiſcandis ſubditorum bonis crimen læſæ Majeſtatis committentium expreſsè additi fuerint in verbis: ingleichem die gefreyete Reichs Ritterſchafft.

3. Liber. Canon. Coll. *Tertiò* eodem jure utuntur *libera Canonicorum Collegia*, quæ immediatè Cæſari & Imperio in ciuilibus ſeu temporalibus parent, welche freye Kayſerliche Stiffter ſeyn / quale eſt Collegium Canonicum Bruxellæ in Prauͤrheim & alia. *Vid. Gaill. lib. 1. obſ. 30. n. 9. & de Pignor. obſer. 7. n. 6 & ſeqq. Reink. d. cap. 10. n. 16. Ming. de Superior. territ. th.49.* Schütz. *d. diſp. 6. th. 10. lit. G.*

4 Nonnulli ex Comm. Ord. Teuton. *Quartò* nonnulli ex *Commentatoribus Ordinis Teutonici*, qui ſcilicet non minus immediatè Imperio parent, adeoquè cum Territorio Superioritatem territorialem habere intelliguntur. R. A. zu Augſpurg. *de ann. 1500. Tit. 41. Limn. in Jur. publ d. Tom. 2. lib. 6. cap. 2. n.58. Reink. d. l. n. 19. Ming. &* Schütz. *loc. ſupr. all.*

Mediati. 79. Inter *Cives mediatè Imperio ſubjectos* ſunt, qui *Jure Caduci* gaudent. In eminentioris conditionis ſtatu conſtituti ſunt

1. Comit & Baron ſubj. alter. juriſd *Comites & Barones, ſub aliorum Principum Iuriſdictione viventes*, qui in

in matriculam Imperii non ſunt relati, nec Imperio immediatè ſubjecti, ſed Principes, quibus ſubſunt, in totum ſuperiores recognoſcunt. R. A. *de anno* 1548. §. Wiewol auch. 66. *Reink. d. lib.* 1. *cl.* 4 *cap.* 14. *n.* 30. *cum ſeqq.* & *cl.* 5. *cap.* 11. *n.* 4. *Limn. in Iur. publ. Tom.* 4. *Addit. ad Lib.* 4. *cap.* 2. *p. m.* 394. Schütz. *Vol.* 2. *diſp.* 1. *th.* 4. *Matt. Stephan. d. lib.* 2. *part* 1. *cap.* 6. *n.* 115. & *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 65. & *ſeqq. Becker. d. Synopſ. Jur. publ. lib.* 2 *cap* 11. *n.* 2.

80. Item *Nobiles Ordinibus & Principibus Imperij ſubjecti*, gemittelte von Adel und Landſaſſen / qui præter dignitatem etiam poteſtate aliquâ in ſubditos ſuos pollent, quæ eo uſque ſe extendit, ut à Superiore in ſuâ Juriſdictione turbari non poſſint. *Reink. d. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 11. *n.* 4. & 26. Schütz. *d. Vol.* 2. *diſp.* 1. *th.* 5. *lit. B.* & *Becker. d. l. n.* 9. Hinc Superioritate territoriali quidem deſtituti. *Rümelin. ad Aur. Bull. diſſert.* 1. *th.* 11. *Knichen. de Iure Superiorit. cap.* 9. *n.* 14. & *ſeqq.* utpote quæ Superioribus Principibus ſalva eſſe debet, merum tamen Imperium habent. *Limn. in Iur. publ. Tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *n* 1. & 20. Schütz. *d. Vol.* 1. *diſp.* 6. *th.* 5. *lit. E. Becker. d. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 5. *Sixtin de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 99. & *ſeqq. Myler. in Addit. ad Rümelin. d. th.* 13. *lit. a.* 2. *Nobiles ſubj.*

81. *Quædam mediatè Imperii ſubditæ Civitates* Principibus quidem territorii homagium præſtant, attamen Eisdem quoad certa pacta & conditiones, (*unde pactitiæ & conventionales dictæ*) quibus ſubjectæ ſunt, ſolùm ſubditæ cenſentur, in reliquis autem liberæ permanent. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 54. *n.* 10. hocquè reſpectu, quatenus adhuc ea privilegia, & regalia quæ olim tanquam Imperiales Civitates Statusquè Imperii aut ex peculiari privilegio Cæſareo, vel etiam præſcriptione habuerunt, adhuc retinent, privatorum loco minimè habenda ſunt. *Limn. in Iur. publ. Tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 31. Schütz. *Vol.* 2. *diſp.* 1. *th.* 16. *lit. C. Sixtin. de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 84 & *ſeqq.* Ex iis autem privilegiis ſunt præter vectigalia, etiam *Ius monetandi & bona vacantia occupandi poteſtas.* Nam licet olim ad Imperatorem bona vacantia pertinuerint. *l.* 2. & 4. *C. de Bon. vacant.* hodiè tamen, potiſſimùm *in Saxoniâ* receptum, ut omnes, quibus Jurisdictio ſuprema in cauſis criminalibus competit, in bonis vacantibus ſuccedant. *Schneid. ad Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. de ſucc. fiſc. n.* 8. & 17. Habent etiam *poteſtatem confiſcandi* 3. *Quædam mediatè ſubditæ Civitates.*

 indignis

indignis relicta & quæ ſunt ſimilia. Schütz. *4. diſp. 1. th. 17. lit. A.*

4. Academia. 81. *Academiis* & in iis *viventibus Studioſis* multa privilegia ab Imperatoribus eſſe conceſſa, *ex Auth. Habitâ. C. ne filius pro patr. ibiq; Goth. in not. & Perez. in ſuis prælect.* ſatis patet. In iſtis non minimum eſt, quod Scholaribus peculiares judices aſſignentur, quibus jurisdictio data eſt judicandi non tantùm in civilibus. *C. I. A. ad Tit. de Iurisdict. th. 21. & de Iudic. th. 266.* verùm etiam in criminalibus, in delinquentes, ut Eisdem vi dictæ Authenticæ merum quoque Imperium competere videatur. *arg. l. 4. ff. de Iurisd. junct. d. Auth. ibi: quadam ſpeciali dilectione. ibiq; Gl. in verb. litem. Add. Petrus Rebuffus de Montepeſſulano in Tract. de privileg. Univerſ. privileg. 157. verſ. Item ſi ſtatutum. Limn. in Iure publ. Tom. 3. lib. 8. cap. 9. n. 32. & ſeqq.* Schütz. *Vol. 2. diſp. 1. th. 8. lit. F.* Sanè hodiè Academiæ noſtræ Germanicæ Imperium habent regulariter mixtum, & poſſunt animadvertere in ſtudioſos pecuniâ, carcere, relegatione, ſive famâ ſalvâ, ſive cum infamiâ. Quædam tamen ſingulari privilegio jurisdictionem etiam criminalem ſive merum imperium habent. *C. I. A. ad Tit. de Iurisd. d. th. 21. Add. Matt. Stephani. de Iurisdict. Lib. 3. part. 2. cap. 12. n. imprimis. 54. & n. 116. Limn. in Iur. publ. d. l. n. 36. & 37.* Schütz. *d. Vol. 1. diſp. 6. th. 3. lit. B. Dn. Becbman. Tract. de Privil. ſtud. cap. 11.* Idem de Pariſienſi Univerſitate refert poſt. *Rebuff. in d. Tract. de privileg. Academ. privil. 152. & 159. Limn. d. l. n. 138.*

5. Privati. 82. *Privati*, quorum inſtar ſunt *Civitates & populi ſubditi*, qui Superiorem recognoſcunt. *l. Eum. 16. ff. de V. S. l. ſimile. 10. ff. ad municip. ibiq; Gl. in verb. ſimile. l. 1. C. de Bon. vac. Peregrin. de I. F. lib. 1. tit. 2. n. 70. Gaill. lib. 2. obſervat. 57. n. ult. Matt. Stephan. d. lib. 2. part. 1. c. 7. m. 1. n. 19. & 20.* licet omninò incapaces cenſeantur, ut regalia bonavé quibus ejusmodi dignitas annexa eſt, habeant: fallit tamen, ſi iis modis nacti ſint, qui ad acquiſitionem regalium requiruntur, ut ſi munificentiâ & Principum liberalitate eisdem communicata & impartita ſint, vel etiam ut bona allodialia ſibi compararint. *vid. infr. th. 91. Gail. lib. 2. obſervat. 130. n. ult. Stephan. d. l. n. 27. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 72. & ſeqq. & lib. 7. tit. 3. n. 20. Sixt. de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 100. & ſeq. Reink. d. lib. cl. 4.*

cap. 14.

cap.14.n.fin. Weſenbec. in parat. ad Tit.d. l. F. in fin. Knichen. de ſubl. & reg. terr. jur. cap.1. n. 307. & ſeqq. Dn. Struve in Synt. Jur. Civil. Exer 50. th.33. in fin.

84. *Extra Imperium Jura Fiſcalia* & inter ea *Jura Caduci* habent, qui Superioritate utuntur, & quibus à Supremis illis Dominis eorum jurium conceſſio facta eſt. *Illi* ſunt, reliqui *Reges. arg. cap. ſuper quibusdam. 26. verſ. præterea. extr. de V. S. Boſſ. Tit. de Regal. n.2. Peregrin. d. tit.2. n.80. Sixtin. de Regal. lib.1. cap 4. n. 15. Principes*, ſub quibus comprehendimus *Papam*, ob ejus ſupremam & præcellentem poteſtatem, adeò ut Dominus (*ut nonnullis placet*) totius mundi appelletur. *in proœm. lib. 6. Decret. & in cap. Conſtantinus.13. diſt.96. Peregr. d. lib.1. tit.2. n.2. & ſeqq. Ludvvel. in ſynopſ. Jur. Feud. cap.13. th.1. in explicat. verſ. Quod in Pontifice.* & *Civitates*; quales etiam ſereniſſima *Venetorum Reſpublica* eſt. *Peregrin. d. l. n 69. Guazzin. de confiſcat. bon. concl. 12. n. 3.* Item *Helvetiorum, Belgarum* & ſimiles *Ludvvell. d. l. verſ. ſubjectum.* non recognoſcentes Imperatorem vel Alium in ſuperiorem *de jure* aut *de facto*. *De jure*, quia vel liberi nati ſunt, vel quia libertatem quæſierunt, ex conceſſione Imperatoris, vel gratuitâ ex privilegio, aut ex contractu. *vid. inf. th.90.* *De facto* autem quo multi ſint *Principes*, *Reſpublicæ & Civitates, neminem recognoſcentes*, & quicquid ſit, an de jure debeant obſervantiam præſtare, ſtatus præſens conſideratur. *Vid. Peregr. d. lib.1. tit.2. n.44. & ſeqq. item n.54. & ſeqq.*

Extra Imperium. Qui Superioritate utuntur.

85. *Hi* verò ſunt *Reges ſubditi*. Veluti Rex Siciliæ Feudatarius Eccleſiæ Romanæ. *Boſſ. in d. t. de Regal. n. 2. & 3. Peregrin. d. lib.1. tit.2. n.53. Sixtin. de Regal. d. lib.1. tit 4. n.18.* Item *Vicarius* à Papâ in terris Eccleſiæ conſtitutus, quia Vicarius Principis Ejus imago dicitur, *Boſſ. in tit. de ſent. n. 22. in fin. Guazzin. de conf. bon. concl.12. n.2.* Nec minùs *ſupremi Duces vel Magiſtratus ac Reſpublicæ. Regibus inferiores. Boſſ. d. Tit. de Regal. n.5. Sixtin de Regal. d. l. n. 21. Peregrin. all. tit. n. 76. & ſeqq. Guazzin. de confiſ. bon. d. concl.12. n.4. & 5.* ubi addunt, quicquid de jure dici poteſt, de conſuetudine in eorum ſtatibus utuntur plenitudine poteſtatis, & in tali poſſeſſione ſunt, etiam *confiſcationem extraordinariam* imponendi. Sic in *Galliâ*, licet Regi,

Et quibus ejus juris conceſſio facta eſt.

ut Supremo Principi, jus confiſcationis competat; attamen *jus bonorum vacantium & publicatorum*, etiam illi habent, quibus conceſſit & infeudavit merum Imperium ſeu altam juſtitiam in Regno ſuo. *Carol. Molinæus in Conſuetud. Pariſ. Tit. 1. de Materiâ Feudal paragr. 30. n. 169. Caſſan. in Comm. ad Conſuet. Gall. §. primo verſ. Et appartient. &c. Sixtin. d. Regal. lib. 2. cap. 9. n. 60. Perez. ad Cod. Tit. de Bon. damnat. n. 22.*

CAP. III.

Modos acquirendi Juris Caducarii ſuppeditans.

Acquiritur Ius Caduc. 86. VIſo ſubjecto, rectà ad *modos acquirendi* pergam, qui ſunt præcipuè duo, *conceſſio & conſuetudo ſive præſcriptio. Sixtin. de Regal. d. lib. 1 tit. 5. n. 1. Mynſ. Cent. 4. obſ. 24. Roſenthal in ſynopſ. Jur. Feud. cap. 5. concl. 48. n. 3. Rümelin. ad Aur. Bull. diſſert. 8. th. 30.* *1. Conceſſione.* Primus igitur eſt *conceſſio*. Sicut enim regalia eâ concedi poſſe apparet *ex cap. ſuper quibusdam. 26. verſ. præterea. extra. de V. S.* adeò ut qui id negaverint, incidere in crimen læſæ Majeſtatis videantur. *l. 3. C. de Crimin. ſacril. can. ſi quis ſuadente. 29. verſ. committunt. cauſ. 17. q. 4.* ita quoque *noſtrum Caduci jus*, cum illud ſit de maximo imperii. *cap. un. quæ ſint regal. 2. Feud. 56. Peregrin. de I. F. lib. 1. tit. 2. n. 90. Guazzin. de confiſc. bon. concl. 12. n. 1. Klockius de Ærario. lib. 2. cap. 136. n. 17. Limn. in annot. ad Capit. FERD. III. art. 28. verb.* Belehnt oder beſtändig hergebracht. Facit huc *l. 1. 3. & fin. C. Nova vectig. inſtit.* & quod in ſimilibus tàm vectigalis quàm monetandi juribus *ex* Schwabenſpigel Landrecht. *cap. 12. n. 4 refert Joachimus Cluten. in Tract. de Jur. Vectig. th. 7. lit. a.* Alle Zöll und Müntzen / die im Römiſchen Reich ſind / die ſind eines Römiſchen Königs / und wer ſie haben will / er ſey Pfaff oder Ley / der muß ſie haben vom Römiſchen Reich / und dem Römiſchen König. Ea autem fit vel per *privilegium*, vel per *inveſti-*

turam

turam ſive *infeudationem. Privilegium* iterùm duplicis generis eſt, nimirum *lege ipſâ*, vel *ſine lege conceſſum*. *Vel per privilegium.*

87. Conceſſio illa tàm ex *Aur. Bull. cap.* 2. §. 5. quàm modernis IMPP. Capitulationibus patet. Sic enim præſtito juramento promiſit *CAROLVS V.* und in allweg ſollen und wollen wir die Teutſche Nation deß Heyl. Römiſchen Reichs und Chur-Fürſten/ als die forderſten Glieder deſſelben/ auch andere Fürſten/ Graffen/ Herren und Stände ꝛc. *Rumelin. ad Aur. Bull. diſſ.* 3. *th.* 16. *Limn. ad Capit. Carol. V. art.* 4. *ad verba* Confirmiren und Beſtättigen. *Carpz. in Comm. ad L. Reg. cap.* 3. *ſect.* 11. *n.* 3. *& ſeqq.* Schütz. *Vol.* 1. *diſp.* 2. *th.* 18. *lit. B. & diſp.* 4. *th.* 3. *lit. F. Add. Capit. FERD. III. & ſeqq. IMPP. art.* 3. Ut autem in ſpecie Status Imperii, feuda ubicunque ſita & bona allodialia à vaſallis & ſubditis ſuis commiſſa, fiſco ſuo inferant. *d. Capit. FERD. III. art* 28. demum eſt inſertum. *Limn. ad eandem Capit. & art. verb:* Nicht einziehen. *& Carpzov. in d. Comm. cap.* 9. *n.* 8. Schütz. *Vol.* 1. *diſp.* 4. *th.* 16. *lit. B. & diſp.* 6. *th.* 19. *lit. D.* *Idquè aut ipſa lege.*

88. Hâc itidem quàm plurimos regalia habere, ipſa experientia teſtatur, & nonnulli ex *Dd.* ita loquuntur, vt eius ſolius meminerint, nec etiam inveſtituræ vel conceſſionis mentionem faciant. Eodem modo *Conſtitutiones Imperii* habent, e. g. de jure cudendæ monetæ, vt videre eſt *in Edicto Monetali de anno* 1559. *& in Conſtitut. Imper. de anno* 1560. *&* 1570, quibus locis nulla omninò inveſtituræ, ſed tantùm privilegii, Freyheit/ mentio fit *Sixtin. de Regal. d. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 27. *& ſeq.* Sic quoque *Iura Fiſcalia* concedi poſſe tradunt *Peregrin. d. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 34. *Dn. Struv. in Synt. Jur. Civil. Exerc.* 50. *th.* 33. Sciendum tamen, ut privilegium remanens in terminis privilegii conſiſtat, neceſſum eſſe, vt clauſula *ex certâ ſcientiâ* vel *motu proprio adiiciatur. Peregrin. d. l. n.* 38. *&* 42. *Roſenthal. de Feud. cap.* 5. *concl.* 10. *n.* 6. *Sixtin. d. tit.* 5. *n* 39. Atque hæ probandæ ſunt; Non enim præſumitur ſcientia. *Matth. Stephan. d. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 79. *& ſeqq.* niſi conceſſionem geminatam eſſe conſtat. *Sixtin d. l. n.* 47. *& ſeqq. poſt Schrader. de Feud. part.* 10. *ſect.* 20. *n.* 132. Nec motu proprio, ſed potiùs ad partis poſtulationem *Sine lege: vbi iterùm id vel manet in terminis privilegii*

tionem facta conceſſio. *Menoch. lib. 2. de præſumpt. 13. n. 1. idquè votando in quadam causâ comprobatum fuiſſe in Camerâ Imperiali ex Gilmann. Rer. judicat. lib. 2. Dec. 5. n. 43. refert Sixtin. d. l. n. 49. Peregrin. d. l. n. 37. Add. infr. th. 149.* Cæterùm quemadmodum ſcientia in geminatâ conceſſione; ſic & motus proprias præſumitur. *Schrader. d. l. n. 134. Peregrin. loc. all. n. 39.* Idem; ſi ob benè merita præcedentia vel beneficia accepta conceſſionem factam eſſe conſtiterit. *Menoch. d. l. n. 4. Sixtin. d. l. n. 49 & ſeqq.* Coniungi cum clauſulâ *Ex certâ ſcientiâ & motu proprio* etiam poteſt clauſula *de plenitudine poteſtatis*, quæ, ut iſtæ, ſimiliter omnem ſub & obreptionem tollit, habetquè vim clauſulæ derogatoriæ; ac omnes alias clauſulas ſuperare dicitur *Sixtin. d. l. n. 52. Peregrin. d. l. n. 41. Add. Marta de Clauſul part. 1. clauſ. 73. Motu proprio. & clauſ. 259. De plenitudine poteſtatis. ubi n. 10. notat, clauſulam illam nihil operari, ſi eſſet adiuncta cum clauſulâ ex certâ ſcientiâ: nam Princeps cum hâc nihil poteſt facere iniquum.*

Conced. privativè non cumulativè.

89. Siue autem *proprio motu*, ſiue *ex certâ ſcientiâ* conceſſio fiat, regulariter non *privativè* ſed *cumulativè* cenſeri conceſſa, & concedentem non minùs quàm eum cui conceſſio facta eſt, ea exercere poſſe, obſeruandum eſt. *arg. l. ſi in aliam 7. §. fin. cum ll. ſeqq. ff. de off. procon. l. fin. C. de Iurisd. omn. jud. Ex Signorol. de Homod. conſ. 108. in quæſtionib. n. 13. verſ. Item ratione ſecundi. Alciat. conſ. 103. Nunquid homines. n. 6. 9. 10. volum. 5. aliisq; allegatis docet Roſenthal. cap. 5. concl. 15. n. 1. in gl. A. Mynſing. cent. 6. obſerv. 99.* Fallit tamen, ſi conceſſio eorum per Inveſtituram facta eſt. *arg. cap. Obertus. in fin. 2. Feud. 23. & cap. Imperialem. §. 1. 2. Feud. 55. Roland. à Valle conſ. 38. n. 26. vol. 1. Schrader. de Feud. part. 10 ſect. 1. n. 131. Knichen. in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum*: Ducum Saxoniæ *cap. 7. n. 19.* Deinde ſi eorum uſus per concedentis uſum omninò impediretur, utputa ſi aliquo loco conceſſum eſſet vectigal, concedens idem eodem loco colligere non poteſt. *Roſenthal. d. concl. 15. n. 2.* idquè eò confirmatur, quòd omnis conceſſio & diſpoſitio ita accipienda ſit, ne reddatur eluſoria & effectu careat. *Sixtin. de Regal. d. lib. 1. cap. 5. n. 53. usq; 62. Add. Schütz. in Coll. Iur. publ. d. Vol. 1. diſp. 6. th. 7. lit. E.* Idem quoque in *confiſcatione*

bonorum

bonorum aliiſq́; pœnis & mulctis obtinet. *arg. l. 5. C. de mod. mulct. l. item ſi fundi. 9. pr. & §. 1. ff. de uſufr. Knichen. d. cap. 7. n. 22. Boſſ. in tit. de Crimin. laſ. Maj. n. 105. & in tit. de pœn. n. 25. Guazzin. de confiſcat. bon. concl. 21. n. 3.*

90 Quòd ſi *fiſcalia* per privilegium ſine inveſtiturâ, in modum *alterius* alicujus contractus tranſiens, conceſſa fuerint, tantò magis ita ſe habent. *arg. l. ſi pater. 34. §. ult. in fin. ff de donat. Schrader. d. ſect. 1. n. 131. & 133. Sixtin. de Regal. d. tit. 1. cap. 5. n.* 60. & 61. Adeò quidem, vt etiam ex eo contractu Princeps efficaciter obligetur. *l. 2. & 3. C. de quadr. præſcript. Vid. CC. omnes in cap. 1. extr. de probat. Bl. & Iaſon. in l. 1. ff. de pact.* nec eum de plenitudine poteſtatis revocare poſſit. *arg. l. ſi cum mihi. 34. ff. de dol. Steph. de Iuriſd. d. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 288. & ſeqq.* idquè ipſius Principis bono, ne ſubditi contrahere cum illo recuſent. *Peregrin. de I. F. d. lib. 1. tit. 3. n. 48. & ſeqq. Guazzin. concl. 13. limit. 25. n. 9.* *Vel tranſit in alium contractū.*

91. Cæterùm priuilegium in contractum duobus modis tranſire poteſt. *Primò* cum ſubdito concedatur pretio accepto, vel ob aliquod factum, vel datum, impletum vel implendum, commenſurativum ad privilegium conceſſum; tranſit enim in venditionem vel alium contractum, etiam quòd Princeps uteretur verbo, indulgemus. *arg. l. fin. C. de præd. Decur. ſic Bl. in l. ult. colum. pen. C. und. liber. Vid. ſupr. th.* 84. *Secundò* cùm non ſubdito; quo caſu, cùm id in vim legis particularis ſuſtineri nequeat, quoniam in non ſubditum collatum, idcircò in vim contractus ſuſtinetur & indè revocari nequit. *Peregrin. de Iur. Fiſc. d. lib. 1. tit. 3. n. 28. & ſeqq.* Ex quo fundamento ſequitur, quòd quando Princeps caſtrum vel ciuitatem alicui jure pignoris zur Pfandſchafft tradat; *confiſcationem, ut alia jura,* refutatis argumentis contrariis, in propoſitâ facti ſpecie, pro Pfands-Jnhaberen / in tantùm ut is nec pecunias vel mulctas acceptas, in die Pfands-Summ computare teneatur, oder daß ſolche von derſelben defalciret werden ſolle; rectè coucludere *Conſil. Argent. Tom. 2. conſ. 81. q. 1. per tot. aſſeras. Iacob. Speidel. in notabil. lit. C. voce* Confiſcation. *19. verſ. Et generaliter. Add. infr. th. 105.* *duobus modis.*

92. Alter modus acquirendi *Ius Caduci eſt Inveſtitura vel* *2. Conceſſ. mod. eſt*

 Infeudatio

Inveſtitura quâ regalia conced. Vel principaliter: Et hoc modo Generaliter,

Infeudatio ab Imperatore vel Rege Romanorum facta. Hâc regalia conceduntur vel *principaliter* vel in *conſequentiam. Principaliter*, iterùm vel *generaliter.* ubi (1.) ſi nullum in ſpecie excipiatur omnia regalia contineri tenent, *arg. l. Iuliano. 68. pr. ff. de legat. 3. l. à procuratore.* 13. *C. mand.* e. g. ſi inveſtitura ſit facta de caſtro cum mero & mixto Imperio & omnibus regaliis. *Boſſ. in tit. de Regal. n.* 23. *Peregrin. de I. F. lib.* 1. *tit.* 2. *n.*100. *Sixtin. de Regal. d. cap.* 5. *n.* 74. *Guazzin de conſiſcat. bon. concl.* 12. *n.* 21. *Farinac. tit. de Delict. & pœn. lib.* 1. *tit.* 2. *quaſt.* 25. *n.* 103. & 104. *Schneid. ad Inſt. tit. de hared. quæ ab inteſt. deſucc. Fiſc. n.* 8. *Ludvvell. Synopſ. cap.*13. §. *Minora regalia. &c. in explicatione. quaſt. controverſum eſt. IV.* Rectè tamen à generali hâc conceſſione excipiuntur ea, quæ ſingulariter Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & præeminentiæ reſeruata ſunt. *arg. cap. in generali.* 81. *de Reg. Iur. in ſexto l. obligatione.* 6. *ff. de pignor. l. filiusfamilias.* 7. *ff. de donat. cap.* 4. *extr. de off. legat. Boſſ. d. t. de Regal n.* 29. *& tit. de privileg. Princ. n.* 87. *Roſenthal. d. cap.* 5. *concl.* 14. *n.* 4. *gl. c. Sixtin. d. l. n.* 75. (2.) Si inveſtitura indefinita fiat de caſtro cum regalibus, minora tantùm translatâ *arg. l.* 3. *C de aquæd. lib.* 11. *& cap. ult. extr. de præbend.* dicimus *cum Roſenthal. concl.* 13. *n.* 11. *& ex eo Ludvvell. ſ. all. loc.* modò tamen tenor inveſtituræ, qui quidem ante omnia in materiâ feudali attendendus eſt, aliud non demonſtret. *Peregrin. d. l. n.* 48. *& ſeqq.* (3.) Si Princeps in concedendo quædam ex Regaliis ſibi reſervaverit, cætera videtur conceſſiſſe ad regulam. *l. cum Prætor.* 12. *ff. de Iudic. l.* 4. §. *fin. ff. de pen. legat. l. quæſitum.* 12. §. *deniq.* 43. *ff. de fund. inſtruct. Knichen. in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum:* Ducum Saxoniæ *cap.* 5 *n.* 28. *&* 29. *Euerhard. in loc. legal. ab except. ad regul. n.* 1. *in fin. Peregrin. d. l. n.* 100. *Sixtin. de Regal. d. l. n.* 86. (4.) Si in conceſſione quædam regalia expreſſa & generalis clauſula adjecta, cum omnibus & quibuscunque aliis, regalia expreſſis tantùm ſimilia includuntur. *arg. l. fin.* §. 1. *ff. de tritic. vin. & oleo legat. l. cum de lanionis.* 18. §. *cui fundum.* 11. *ff de fund. inſtr. l.* 1. *pr. ff. de aur. leg. Boſſ. d. tit. de Regal. n.* 24. *&* 25. *Peregrin. d. l. Ludvvell. loc. all. Sixtin, d. l. n.* 88. *& ſeqq. Knichen. d. l. n.* 30. *&* 31.

93. Huc

93. Huc pertinent *ſequentia generaliſſima ſeu univerſalia verba*, quibus caſtrum in feudum concedi ſolet. *Ut, cum omni jure quod Princeps ibi habet* : quamuis enim regulariter hâc formulâ jus regale non cenſetur conceſſum, niſi probetur, quale jus concedens illo loco habuerit, & an regale ſit. *Boſſ. d. t. de Regal. n.* 25. *& ſeqq. Sixtin. de Regal. d. cap.* 5. *n.* 81. Fallit tamen, tùm ſi concedens ibi tantùm regalia habeat. *per text. in l. fundus qui locatus erat.* 24. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Roſenthal. de Feud. d. concl.* 14. *n.* 5. *Knichen. de Saxon. non prouoc. jur. ad verbum* : Ducum Saxoniæ. *cap.* 7. *n.* 14. *Sixtin. de Regal. d. l. n.* 82. *& ſeqq.* tùm ſi ea ſolita ſint concedi cum caſtro & territorio. *Fac. cap. accepimus.* 13. *extr. de ætat. & qualit. præfic. cap. cauſam.* 18. *extr. de reſcript. Roſenthal. d. l. n.* 8. *Peregrin. d. l.* 1. *tit.* 2. *n.* 100. *in fin. Everhard. in loc. legal. loc. ab uſitato & ſolito. n.* 4. ex quo utiliſſimum argumentum deſumi oſtendit. *Sixtin. de Regal. d. l. n.* 85. Sic, ſi conceſſio *cum pertinentiis* facta ſit, modò probetur regalia de pertinentiis eſſe. *arg. l. verbum illud.* 181 *ff. de V. S. Knichen. in Comm. de Saxon. non provoc. Jur. ad verbum* : Ducum Saxoniæ. *cap.* 5. *n.* 9. *& ſeqq. Treutler. Vol.* 1. *diſp.* 3. *th.* 6. *lit. f. Boſſ. in tit. de Regal. n.* 40. *Sixtin. d. l. n.* 92. *Vel. in eâ contineatur ſive imponatur tale onus quod non poſſit expedire, niſi regalia habens. arg. l. denique.* 8. *§. interdum.* 7. *ff. de pecul. leg. l. veteres.* 4. *ff. de itin. actu. privat. l.* 2. *ff. de juriſd. Schneidevvin. de Feud. part.* 2. *n.* 97. *Roſenthal. d. concl.* 14. *n.* 6. *Sixtin. d. l. n.* 98. *& ſeqq.* Item, in conceſſione, *quâ Princeps nullo ſibi reſervato concedit. Ut & ea quæ hoc modo ſit, prout Titius poſſidebat*, ex vi illius relationis. *l. aſſe toto.* 77. *ff. de hered. inſtit. & l. ſi quis priorem.* 29. *ff. ad Sc. Trebell. Peregrin. d. l. n.* 100. Quæque ſimilia ſunt. *Vid. Sixtin. d. l. n.* 101. *& plur. inſeqq.*

94. Regalia ſi *ſpecialiter* concedantur, ita concedi ſolent, ut vel unum vel duo tantùm vel plura nominatim in conceſſione exprimantur; quo caſu enumerata ſola conceſſa cenſentur, nec ab unâ ſpecie ad aliam illatio vel extenſio fieri poteſt. *arg. l. quod verò.* 14. *ff. de LL. cap. quæ à jure.* 28 *extr. de Reg. jur. junct. l fin. & ibi Dd. ff. de calumniat. l. Papinianus.* 20. *ff. de minor. l. naturaliter.* 12. *§.* 1. *ff. de Acquir. poſſ.* cumprimis, quando adjectum ſit ver- *Specialiter.*

bum

bum *taxativum, reſtrictivum vel limitativum arg. l. contractus. 23. ff. de R. I. cap. 3. de cauſ. poſſ. & propriet. cap. 5. extr. de fid. inſtrum. Everhard. in loc. legal. loc. à nat. diſtinct. taxativ. n. 2. Add. poſt Roland. à Vall. conſ. 1. n. 17. vol. 2. Joan. Köppen. quæſt. 32. n. 4. & 8. Schneid. de Feud. d. part. 2. n. 97. allegat. Sixtin. de Regal. n. 64. & 65. ubi ſimul notat, id quoq; aſſeri in causâ* Teutſchmeiſter *contra* Donawerda *in voto Camerali, quod extat apud Tileman. de Benignis Syntagm. 2. decad. 1. vot. 6. n. 42. in fin. & in causâ* Ingelheim. *contra* Pfaltz. *in voto quod eſt apud Meichſner. deciſ. 4. n. 174. tom. 2. lib. 2.*

Quod diverſimodè etiam acquiri ſolet. 95. Una quoque regalium ſpecies diuerſimodè per conceſſionem acquiri & uſurpari poteſt, quod vel maximè, ipsâ experientiâ teſte, in juribus illis fiſcalibus, monetam cudendi, vectigalium & venandi videre eſt. *Add. Sixtin. d. lib. 1. cap. 5. n. 67. & ſeqq.* Nec minùs in *jure noſtro* Caducario. Si enim caſtrum *cum mero & mixto Imperio, jurisdictionibus, reditibus & proventibus* in feudum concedatur; Omnes utilitates & obventiones ex causâ & occaſione rei feudalis provenientes, atque in his etiam *confiſcationes*, ad feudatarios pertinent. *arg. cap. ſi. hæredes. 6. extr. de teſtam. cap. nemo. 14. extr. de Simon. Peregrin. d. lib. 1. tit. 2. n. 87. & lib. 6. tit. 5. n. 42. Guazzin. de conſ. bonor. ſæpe all. concl. 12. n. 23. Knichen. in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum:* Ducum. *cap. 5. n. 6. & ſeqq.* Similiter ſi caſtrum conceſſum ſit *in perpetuum cum jurisdictione*: Merum & mixtum imperium, cum omnibus reditibus cauſarum ciuilium & criminalium, *pœnis, mulctis, & confiſcationibus*, translata videntur. *arg. l. 1. §. initio. 4. ff. de off. præf. urb. & l. 7. §. fin. ff. de off. proconſ. Treutler. vol. 1. diſp. 3. th. 6. lit. f. ibiq; Bachov. Peregrin. d. l. n. 88. Guazzin. d. l. n. 24.* Quòd ſi autem *cum mero & mixto imperio tantùm*: Ea conceſſio id importat, ut ea conceſſa exiſtimentur, quæ inde proveniunt, & quæ pertinent ad rectum & bonum regimen illius caſtri & populi. Itaque præter alia, quibus poteſtas ejus clauditur, habet *auctoritatem condemnandi delinquentes, in ære & perſonâ eos multandi, pœnas indicendi, ac etiam pro facti qualitate illorum bona confiſcandi. Ariſmin. Tepat. Deciſſ. tit. 301. cap. 3. verſ. Vaſallus inveſtitus. & cap. 4. verſ. reditus.* Non verò poteſt mone_

monetas cudere, nova vectigalia inſtituere & bona vacantia occupare &c. utpote quæ ad jus ſupremi Dominii ſpectant. *arg. l. obligatione. 6. ff. de pignor. l. ſi cui. 9. ff. de ſervit. cap. 4. extr. de off. deleg. & cap. regaliæ. 2. Feud. 56. ibi: quæ ſpecialiter quibusdam conceduntur. Ægid. Boſſ. in tit. de Regal. n. 15. & 16. & tit. de pœn. n. 25. Peregrin. de I. F. d. lib. n. 89. & lib. 5. tit. 1. n. 30. & ſeq. Guazzin. d. concl. 12. n. 19. & 22. Tepat. Deciſ. tit. 51. De Jure Fiſci. cap. 9. in fin. Add. Reink. de Regimin. ſecul. & eccleſ. lib. 2. cl. 2. cap. 17. n. 68. & ſeq. Perilluſtris Dominus L. B. à* Dalberg. *diſſert. de Jurisdictione. th. 54.*

96. *In conſequentiam* regalia transferuntur, ſi conceſſio per inveſtituram à Supremo fuerit facta, in titulum majoris Dignitatis, quòd Aliquis creatus ſit Rex, Princeps, Dux, Marchio, aut Comes, *cùm His omnia regalia conceſſa cenſeantur, etiamſi nulla ſpecialis fiat expreſſio. arg. l. rerum mixtura 30. pr ff. de uſucap. junct. l. Princeps. 21. ff. de V. S. Capoll. de ſervit. ruſtic. præd. cap. 28. n. 2. verſ. Et quando. Matth. Stephan. lib. 2. part. 1 cap. 7. n. 122. & ſeqq. Knichen. de ſublim. Territor. jur. cap. 1. n. 360. cum ſeqq. & cap. ſeq. n. 3. & ſeqq.* Adeò ut Iſti Principes ea ferè omnia, quæ ipſe ſupremus Concedens, efficere poſſint. *Ægid. Boſſ. in d. t. de Regal. n. 3. & 5. Peregrin. de I. F. d. l. 1. tit. 2. n. 76. Sixtin. de Regal. lib. 1. tit. 5. n. 116. & ſeqq. Roſenthal. de Feud. d. cap. 5. concl. 13. n. 2.* In Imperio poteſtas His competens appellatione *Superioritatis territorialis* venit, quâ ratione communicatorum Dominum territorii, in ſua ditione id, quod Imperator in univerſo Imperio, poſſe, dicitur. *Add. ſ. th. 74. Et Gaill. de P. P. lib. 1. cap. 6. n. 10. Knichen. d. cap. 1. n. 320. & 380. & de Saxon. non. provoc. jur. ad Verbum*: Ducum Saxoniæ. *cap. 1. n. 38. Sixtin. d. l. n. 121. & ſeqq. Limn. in Jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 9. & ſeqq. Reink. l. 1. cl. 5. cap. 6. per tot. imprim. n. 57. cum ſeqq.* Schütz. *Vol. 1. diſp. 6. th. 15. & ſeqq. & diſp. 8. th. 17. lit. B.* Hæc feuda *jure noſtro feudali* vacantia ad Imperatorem, liberè irrequiſito alterius conſenſu alteri reinfeudanda, revertebantur. *cap. Imperialem verſ. callidis inſuper. ibi: ad Dominum liberè revertebatur. 2. Feud. 55.* Hodiè tamen, ut ex tenore Capitulationum patet, *Vid. Capit. CAROL. V. art. 25. FERD. I. art. 24. MAXIMIL. II.*

In conſequentiam in Titulu Majoris Dignitatis, facta, aut à Summo Principe,

*art.*12. *RUDOL. II. art.* 24. *MATT. art.* 29. *FERD. III. art.* 32. *FERD. IV. art.* 30. *& LEOPOLD. I. moderni Imperatoris noſtri Glorioſiſſimi, art. eod,* contrarium ſtatutum, cùm ea in uſum Imperii ſervanda veniant: Niſi ſint Electoratus, quorum reinfeudationem, ob publicam vtilitatem, *Aur. Bull. cap.* 7. §. *fin. diſpoſitio nondum mutata. arg. Nov.* 18. *c.* 5. Imperatori injungit. *Add. Arumæus ad Aur. Bull. diſcurſ.* 4. *th.* 16. *Rümelin. ad Eandem diſſert.* 7. *th.* 11. *ibiq; Myler. in Addit. Carpz. ad Leg. Reg. cap.* 7. *ſect.* 3. *per tot. Limn. ad Capit. CAROL. V. art.* 25. *in verbis:* Ferner Niemand verleien. *n.*14. *Dn. Strune Synt. Jur. Feudal. cap.* 5. *aphor.* 6. *n.* 1. *&* 3.

Aut à Vaſallis: 97. Vaſalli inter alia jura ipſis competentia etiam *ius ſubinfeudandi, id eſt, feudum vel totum vel aliquam ejus partem alteri in feudum concedendi habent. cap. inveſtitura.* §. 1. *verſ. per feudum. Per quos fiat inveſtitura.* 2. *Feud.* 3. *cap. eſt autem. pr. qualiter olim pot. feud. alien.* 2. *Feud.* 9. *cap ſi de feudo.* §. *beneficium.* 2. *Feud.* 26. *cap. Lex Corradi.* §. 1. 2. *Feud.* 34. Idem in feudo regali obtinet, modò ſubinfeudatio non in minoris vel deterioris conditionis vaſallum fiat. *Reink. d. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 14. *n.* 39. *&* 40. *Knichen. in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum:* Ducum Saxoniæ, *cap.* 6. *n.* 1. *& ſeqq. Ludvvell. in ſynopſ. Jur. Feud. cap.* 15. *th.* 1. *in explicat. verſ. Non aliter tamen. &c. p.* 316. *Dn. Strune in Synt. Jur. Feud. cap.* 12. *aphor.* 11. *n.* 2. niſi quædam ejus bona particularia in feudum *absq; tamen notabili detrimento* dentur; *Franz. de Laudem. cap.* 14. *n.* 38. *& ſeqq. Dn. Strune in d. Synt. Jur. Feud. cap.* 12. *aphor.* 10. *n.* 5. Atque hinc ſubvaſallus utile dominium & omnia jura vaſallo competentia conſequitur. *Ludvvell. d. l. verſ. Effectus. p.* 318. *Dn. Strune in d. Synt. cap.* 12. *aphor.* 12. *n.* 4. *Add. Boſſ. d. tit. de Regal. n.* 8. *& Peregrin. de I. F. d. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 83. Sic in Regalibus dignitatem, & jura regalia. *arg. cap. Quidam vaſallus.* 2. *Feud.* 14. *Reink. de Regim ſecul. & eccleſ. l.* 1. *cl.* 4. *cap.* 14. *n.* 36. *& ſeqq. Ejusq; rei non pauca in Imperio extare exempla refert Sixtin. d. l.* 1. *cap.* 4. *n.* 56. *& ſeqq.*

2. Conſuetudo. 98. *Conſuetudine*, ut cætera regalia, *cap. ſuper quibusdam.* 26. §. *præterea. extr. de V. S. Knichen. in Comm. de Saxon non provoc. jur. ad verb.* Ducum Saxoniæ, *cap.* 1. *n.* 39. *& ſeqq.* ita etiam

Jus

Jus Caducarium. acquiri poteſt. *Guazzin. de confiſc. bon. concl.*12. *n.*9. *Schneid. in Comm. ad Inſt. tit. de hered. quæ ab int. de ſucc. fiſc. n.*8. *Dn. Struv. in Synt Jur Civil. Exercit.* 50. *th.* 33. Eſt enim conſuetudinis præſertim imemorialis tanta vis, ut firmius ac potentius jus eſſe cenſeatur, quod per eam acquiritur, quàm quod per privilegium Principis. *notante poſt Knichen d Comm. ad verbum:* Jus. *cap.* 2. *n.* 120. *Schrader. de Feud. part.* 10. *n.* 238. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 132. Nec lapſus decem annorum, ut aliàs. *Mynſing. Cent.* 6. *obſ.* 41 *n.* 9. *Gaill. lib.* 2. *obſervat.* 31 *num.* 3. hìc ſufficere videtur, niſi quæſtio ſit, non de alicuius juris acquiſitione, ſed de ejus tantùm prolatione. *arg. l.* 1. *ff. de jud. l. ſi convenerit.* 18. *ff. de Jurisdict. l. pen. C. de pact. Bachov. ad Treutler. diſput.* 3. *th.* 7. *lit. c. in pr.* Vel ſi verſemur in terminis alicuius juris regalis in territorio tertii præſcribendi. *Add. Reink. de Regim. ſecul. & eccl. lib.* 1. *cl.* 5. *cap* 3. *n.* 11. Schütz. *Vol.* 1. *diſp.* 6. *th.* 6. *lit. C. & th.* 8. *lit. D. Sixtin. de Regal. d. cap.* 5. *n.* 133. *& ſeqq.* ſed contra ſupremam poteſtatem immemoriali tempore opus eſt. *d. text. in cap.* 26. *verſ. præterea. & cap. fin. extr. de conſuetud. Fac. Receſſ. Imper. Aug. de anno* 1548. §. Wann auch 56. *Add. Roſenthal. de Feud. d. cap.* 5. *concl.* 16. *n.* 3. *& concl.* 17. *n.* 1. *&* 2. *Matt. Stephan. de Jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 139. *& ſeqq. Gaill. d. obſerv.* 31. *lib.* 2. *n.* 4. *Mynſ. cent.* 5. *obſerv.* 29. *n.* 10. *Sixtin. d. cap.* 5. *n.* 136. *Knich. in Comm. de Saxon. non provoc. jur. ad verbum:* Ducum. *cap.* 5. *n.* 170.

99. Quæ de conſuetudine dicta, non minùs in *præſcriptione immemoriali* obtinent. *arg. d.* §. *præterea*, idquè propter tempus immemoriale, quod hìc etiam vim priuilegii ac ſpecialis conceſſionis habet. *Boſſ. in tit. de Regal. n.* 21. *Peregr. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 22. *Gaill. lib.* 1. *obſ.* 21. *num.* 15. *in fin. & Mynſ. Cent.* 1. *obſervat.* 30. ac jus per id acquiſitum firmius ac potentius eſt, quàm id, quod per privilegium. *Sixtin. d. cap.* 5. *n.* 141. Ad eam tamen præſcriptionem bona fides præſcribentis requiritur, *cap. ult. extr de præſcr. Mynſ. Cent.* 4. *obſer.* 6. *Gaill. lib.* 2. *obſer.* 18. *n.* 6. *Roſenthal. d. concl.* 16. *n.* 3. Hinc nec fiſcalia jura, niſi bonâ fide poſſeſſa ſint, acquiruntur. *Vid. Peregrin. de I. F. d. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 65. *& ſeqq. & lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 17. *Schneid. in Comm. ad Inſt. tit. de*

3. Præſcriptio.

hæred. quæ ab inteſt. de ſucc. fiſc. n. 8. **Stamm.** *de ſervit. perſonal. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4. *in quæſtione: An aliquis Imperii Status jus confiſcandi immemoriali præſcriptione acquirere poſſit?* imprimis *n.* 10. *Guazz. d. tr. de confiſ. bon. concl.* 12. *n.* 22. In probatione autem temporis, cujus memoria non extat, quatuor neceſſaria eſſe tradunt *Mynſ. d. Cent.* 1. *obſer.* 30. & *Sixtin. d. cap.* 5. *n.* 153. & *ſeqq.*

Quæſtio? 100. *Sed an Imperatoris ſcientia ad hanc juris confiſcandi præſcriptionem immemorialem requiratur, commodè hic in quæſtionem vocatur?* idquè rectiùs negatur. Siquidem in ſimili planè caſu etiam ad vectigalium jus acquirendum, ſolius immemorialis temporis curſum abſque Cæſareâ ſpeciali conceſſione tanquam titulum ſufficere, fert communis Dd. & in Camerâ Imperiali recepta ſententia. *arg. l. fin. C. de præſcript. long. temp. cap.* 1. *de præſcript. in ſext. Roſenthal. in tract. de Feud. cap.* 5. *concl.* 16. *n.* 4. *usq; ad fin. Mynſ. Cent.* 1. *obſ.* 30. & *Cent.* 5. *obſervat.* 29. *n.* 8. & *ſeq. ubi l.* 4. *C. nova vectig. inſtit. non conjunctim legendam eſſe monet. Fachin.* 8. *Contr. cap.* 20. **Stamm.** *de ſervit. perſonal. d. l.* 1. *tit.* 2. *cap.* 4. *n.* 11. *Sixtin. d. l. n.* 146. & *ſeq. Peregrin. de Jur. Fiſc. d. lib* 1. *tit.* 2. *n.* 66. Cæterùm quod ſupra de conceſſione *th.* 89. dictum, id quoque in præſcriptione obtinet, ſcilicet quòd is, qui ſolus legitimè regalia præſcripſit, *Ea non cumulativè ſed privativè* acquiſiverit. *arg. l. ſi quisquam.* 7. *ff. de diverſ. & tempor. præſcript. cap. Irrefragabili.* 13. *pr. verſ. Exceſſus. extr.. de offic. ordin. cap. auditis.* 15. *extr. de præſcript. Sixtin. de Regal. d. l. n.* 166. & *ſeqq.*

CAP. IV.

Materiam objectiuam exhibens.

Materia objectiva ſunt bona quæ in fiſcum cadere poſſunt.

101. MAteria objectiva ſunt bona, ſive omnia, ſive certa tantùm pars, puta dimidia; aut tertia, aut alterius quotæ, ſiue certa bona, ut quando pœna pecuniaria imponitur. *Jul. Clar. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 79. *n.* 1. quæ pro diverſis *Juris Caduci*, civilis vel ſtatutarii, ſpeciebus in fiſcum cadere poſſunt. *Vid. ſ. th.* 6. Sciendum tamen cum ſtatuta & decreta de bonorum publicatione

mate, & lapſis ſex juridicis diebus, in pœnam mandato inſertam declaratur, idque ob contumaciam in non comparendo. *Ord. Cam. part. 2. tit. 22. ferè in fin. Roding. in Pand. Cameral. lib. 3. tit. 40. verſ. ſed hodie. p. 188.* (4.) Si lite conteſtatâ, vel per contumaciam pro eâ habitâ, *Ord. Cam. lib. 3. tit. 43. §. 4. Peregrin. lib. 4. tit. 5. n. 44. Gaill. lib. 1. obſ. 59. n. 5. in fin. Roding. d. lib. 3. tit. 42. verſ. Lis tamen. p. 905.* reo abſente, proceſſus fuerit formatus & condemnatio ſecuta cum publicatione bonorum, ſententia ipſi innocenti quoque nocet. *arg. l. properandum. 13. §. 3. cum ſeq. C. de judic. Auth. Qui ſemel. C. quomodo & quando.* Non tamen filiis & agnatis in jure eis quæſito. *l. ejus. 29. ff. de I. F. l. qui repudiantis. 17. §. fin. ff. de inoff. teſt. & l. cum filiusfamilias. 49. in fin. pr. ff. de V. O. Boſſ d. tit. de bon. publ. n. 55. cum ſeq. Peregr. d. lib. 5. tit. 1. n. 110. Gaill. lib. 1. obſerv. 60. n. 1. & 7. Mynſ. Cent. 4. obſ. 66.* Quod ſi actor ſuccubuerit, non ipſe tamen, ſed contumax reus, expenſarum nomine condemnabitur. *d. l. 13. §. 2. C. de judic. Ord. Camer. d. tit. 43. §. 4. Gaill. d. l. n. 9. & obſ. 137. n. 5. Mynſ. d. Cent. 4. obſ. 67. Roding. d. lib. 3. tit. 55. verſ. Si actor. in fin. p. 948.* (5.) In Camerâ Imperiali quoque propter contemptam Jurisdictionem Cæſaris *ad pœnam banni* procedi poteſt. *Ord. Cam. d. l. n. 2. Gaill. d. obſ. 60. pr. lib. 2. de P. P. cap. 5. n. 1. & 2. & de arreſt. cap. 10. n. 18. Schvvanman. lib. 1. proc. Camer. c. 72. n. 1. & ſeqq. Roding. d. lib. 3. tit. 63. verſ. E contrario. C. I. A. ad tit. de re judic. th. 48.*

4. Quod ſent. ipſi innocenti quoq; noceat.

5. Eſt pœna banni.

152. Reo vocato comparenti *ab actore libellum* ut in aliis regulariter. *Auth. Offeratur. C. de litis conteſt. l. ult. C. de annal. except. l. 3. ff. de accuſ. l. 16. & 17. C. eod. Lanfranc. de Oriono in practic. judic. cap. 5. n. 12. Dn. Obrecht. in Tractat. de Concip. & formand. libell. cap. 6. n. 4. Umm. diſp. ad proc. 6. th. 10. n. 43. C. I. A. ad tit. de edend. th. 16.* ita & fiſcalibus cauſis offerendum eſſe nonnulli *Dd.* defendunt, contrariam tamen ſententiam, exemplo cauſarum ſummariarum privatorum. *Clement. 2. de V. S. Obrecht. d. l. n. 6.* quâ qualis qualis petitio ſufficit, Alii juri noſtro conventiorem exiſtimant. *Fac. l. 5. C. de feriis. Peregrin. lib. 7. tit. 3. n. 3.* Quamvis nihilominus uſui & ſtylo curiæ, in quâ quis fuerit, adhærendum ſit. *Vantius in Tract. de Nullit. ex de-*

3. Oblatio libelli.

ſect. proc. n. 21. *Matth. Stephan. d. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *m.* 1. *n.* 322. *& ſeqq.* Certè in Camerâ Imperiali, in ordinariis cauſis, quæ altiorem indaginem requirunt, per libellum, ita tamen, ut narrata citationis loco libelli repetantur, proceditur, *Gaill. lib.* 1. *obſ.* 20. *n.* 5. *Schvvanmann. proc. Camer. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 2. Schütz. *Vol.* 2. *diſp.* 9. *th.* 1. *lit. E. Roding. in Pand. Cameral. d. Lib.* 3. *tit.* 42. *verſ. De puncto citationis &c. & tit.* 44. *pr.*

4. Satisdatio. 153. Quamvis aliàs in Judiciorum ingreſſu *ſatisdationes* ſint neceſſariæ & uſitatæ. *Inſt. & C. de ſatisdat. Auth. Libellum. C. de litis conteſt. Weſenbec. ad tit. qui ſatisd. cog. n.* 1. attamen fiſcus cautionem in judicio fiſcali non præſtat, quia in fiſco rationes ceſſant, ob quas caveri ſolet. *Vid. l.* 2. §. 1. *ff. de fund. dotal. ibiq; Goth. lit. a. Gregor. lib.* 3. *Synt. cap.* 2. *n.* 11. *Gl. in Rubric. C. de I. F. & ad l. non puto.* 10. *ff. eod. Peregrin. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 34. *&*

5. Interventio. *ſeqq. C. I. A. ad tit. de I. F. th.* 3. *In interventione* eo gaudet privilegio, quòd, *contra l. is à quo.* 57. *ff. de R. V. l. pen. ff de hæred. petit. Umm. diſp. ad proc.* 11. *th.* 4. *n.* 12. *ferè in fin.* causâ fiſci prius excutienda ſit. *l. apud Julianum.* 35. *ff. de I. F. Non obſt. l.* 8. *ff. ſi cui plùs quàm per leg. falc. Peregrin. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 3.

Deinde proc. reſpicit ipſum Jud. Cujus partes ſunt 1. Lit. Conteſt. 154. Poſtquam reus ad actoris libellum reſpondit, *lis conteſtatur. l. un. C. de lit. cont. ibiq; Goth. lit. b. l.* 2. *pr. C. de juram. propt. calumn.* à quâ ſecundum communem opinionem judicium incipit. *l. is qui ſe obtulit.* 25. *ff. de R. V. l. cum fundus.* 31. *ff. ſi cert. pet. l.* 15. *ff. rem rat. haber. Gaill. lib.* 1. *obſ.* 74. *n.* 1. *Fachin. lib.* 11. *contr.* 81. *Bicc. in Aur. ſect.* 5. *th.* 111. *lit. nn.* Pro litis conteſtatione in ſummariis habetur primus actus contradictorius, qui in cauſis ordinariis poſt ipſam litis conteſtationem ſubſequi ſolet. *poſt Marand. in ſpecul. part.* 6. *tit. de poſitional. n.* 3. *Gaill. d. lib.* 1. *obſ.* 141. *n.* 1. *Stephani. d. l. n.* 327. *Umm. diſp. ad proc.* 12. *th.* 6. In hâc

In hâc non eſt privileg. fiſcus communi jure utitur. (1.) Quòd litis conteſtatio facta

1. per fiſcum in unâ causâ, non proſit eidem quoad aliquos effectus in aliâ. *l. fiſcus in quæſtione.* 38. *ff. de I. F. ibiq; Gl. Peregrin. de*

2. *I. F. d. l. n.* 6. (2.) Quòd ſi fiſcus plùs tempore petierit, nec ante litem conteſtatam libellum mutaverit. *Gaill. d. obſ.* 74. *n.* 4. causâ cadebat ad inſtar privati. *l. juſtas.* 6. *C. de I. F. ibiq; Gl. & Goth. lit. h. & k.* Jure tamen novo duplicantur induciæ. §. *temporales.*

porales. 10. *Inſt de except. Peregrin. d. l. n.* 7. Attamen privilegiatus, (1.) quòd à ſolutione ſportularum immunis ſit, ſemperquè gratis litiget, *ut notat Julianus antiquus interpres ad Nov.* 17. *ſive* 20. *Add. Gl. & Dd. in l.* 5. *C. ubi cauſ. fiſcal. Steph. d. l. n.* 341. *& ſeqq. Umm. diſp. ad proc.* 22. *th.* 5. *n.* 20. *in fin. Perez ad tit. C. de ſport. n.* 5. Hodiè privilegium illud ceſſare videtur, poſtquam in Camerâ Imperiali *per Ord. Cam. de anno* 1500. *tit.* **von den Sportulen/** eæ ſublatæ fuerunt. *Gaill. lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 6. & 7. *Roding. in P. C. lib.* 4. *tit.* 17. *verſ. Anno* 1500. *Eubenius in not. pract. theoret. ad Perez. tit. de ſport. n.* 6. *Grœnvvegen. in LL. abrogat. pr. eod.* (2.) quòd litis conteſtatio contra reum in civilibus ex unâ causâ, reddat eum malæ fidei poſſeſſorem in aliâ inſtantiâ ex aliâ causâ circa eandem rem, adeò ut fiſco obtinenti ex inſtantiâ ſecundâ fructus etiam debeantur ex primâ. *arg. d. l.* 38. *ff. de I. F. Peregrin. d. l. n.* 40. Rectè *diſſ. Gl. ad d. l per l. item veniunt.* 20. §. *petitam.* 11. *& l. etſi legc.* 25. §. 7. *ff. de hæred. petit. Add. Umm. diſp.* 12. *th.* 5. *n.* 51.

Est autem privil. 1. 2.

155. *Juramentum calumniæ*, quod poſt litem conteſtatam partes ſubire coguntur. *l.* 2. *pr. verſ. & actor quidem.* §. 2. *de jurej. propt. calumn.* §. 1. *Inſt de pœn tem. litig.* Advocati & Procuratores fiſci hodiè non præſtant. *Gaill lib.* 1. *obſ.* 90. *n.* 4. *Mynſ. Cent.* 1. *obſ.* 74. *ubi elegantem rationem addunt. Matt. Steph. d. l. n.* 306. *Roding. in P. C. lib.* 3. *tit.* 44. *in fin. C. I. A. ad tit. de Calumn th.* 23. Quoad *dilationes & terminos juris communis vel ſtatutarij*, judex eas quoque obſervare tenetur. *arg. l. in fraudem.* 45. §. 10. *ff. de I. F. & Clement.* 2. *de V. S. & eleganti deciſione Dominorum de Rotâ in Deciſ.* 33. *concludentium: Dilationes & terminorum aſſignationes prorſus vel omninò omitti non poſſe, ac propterea judicis arbitrio relinquendum, ut breviores det vel conſtituat; confirmat Matt. Steph. ſ. all. loc. n.* 325. *& ſeqq. Add. Klock. de Ærario. lib.* 2. *cap.* 136. *n.* 38.

2. Iurament. Calumn. *3. Dilationes.*

156. In *probationibus* fiſcus non eſt magis privilegiatus, quàm quiſquam privatus alius; adeò, ut contra eum præſumptiones quoque nonnunquam concludant. *l.* 6. §. 1. *ff. de uſur. l. non puto.* 10. *ff. de I. F. Peregrin. d. l. n.* 42. *Stephan. d. l. n.* 329. *& ſeqq. Beſold. in Theſaur. practic. lit. C. voc.* **Confiſcation.** *n.* 55. *ibiq. adj. reſp. verſ. Probationes &c. Add. ſupra. th.* 34. Illæ autem

4. Probatio, quæ ſit per.

tam

tem tàm teſtibus quàm inſtrumentis fieri ſolent. *l.4.ff. de fid. inſtrum. l. 5. C. de tranſact.* Teſtes, ſive à reo ſive à fiſcali producti, eo tempore, quo recipiuntur, pars adverſa citari debet. *l. ſi quando. 19. C. de teſtib. Nov. 90. cap. 3. cap. 2. extr. de teſt. cap. ult. verſ. ſunt & alij. extr. ut lit. non cont. cap. fin. de haret. in ſext. Umm. diſp. ad proc. 16. th. 9. n. 58. Boſſ. in tit. de Opp. contr. teſt. n. 34 Beſold. d. l. verſ. Et porrò proceſſus.* Examinatio enim ſubſequens aliàs tantùm ad inquiſitionem conduceret. *arg. l. qui ultimo. 29 ff. de pœn. l. fin. C. de accuſ.* Quâ in re tamen elegantem cautelam à cautis judicibus adhiberi obſervat *Stephan. d. l. n. 332. & ſeqq.* Cæterùm teſtes per Notarium, peritum practicum, & imprimis bonæ ac timoratæ conſcientiæ virum, cum adſiſtentiâ procuratoris fiſcalis examinantur, qui dicta eorum, ſive pro ſive contra fiſcum faciunt, in ſcripturam conjicit. *Umm. d. l. th. 12. n 83. Stephan. d. l. n. 337.* Cujus exemplum poſt publicationem factam judex ordinarius parti adverſæ communicat. *Beſold. d. l. & verſ. in fin.*

Et inſtrumenta. 157. In *inſtrumentis* fiſcus privilegium habet, quod *contra l. 4. C. de Edend. & l. 7. C. de teſt.* quando de re nummariâ, non verò capitali causâ agatur, reus requiſitus inſtrumenta ad fiſci cauſam pertinentia, cum poſſit, exhibere debeat, ſecus enim ea ſubtracta creduntur, in eam rem, quâ deſiderata ſunt, nocitura. *l. 2. §. 1. & 2. ff. de I. F. l. in fraudem. 45. §. quotiens. 8. eod. l. 3. ff. de edend. Boſſ. ad tit. de edend. n. 11. & tit. de fiſc. n. 11. Peregrin. d. lib. 7. tit. 3. n. 11. & ſeqq. & n. 23. Weſenbec. ad tit. de edend. n. 12. & de I. F. n. 3. Gaill. lib. 1. obſ. 106. n. 11. Guazzin. concl. 26. n. 1. Umm. diſp. ad proc. 17. th. 7. n. 32.* Sic Notarios & tertios pro inveniendis bonis caducis ad oſtendendum inſtrumenta & ſcripturas bonorum penes illos exiſtentia compellere poteſt. *text. & Gl. in l. in defenſionis facultas. 7. C. de I. F. Peregr. d. lib. 7. tit. 3. n. 8. Guazzin. concl. 20. n. 25. & concl. 26. n. 2.* Imò interdum in criminalibus domus reorum, ex eâdem causâ perquirit. *Stephan. d. l. n. 338.* E contrario fiſcus, ſi editio petatur judicis officio ad fundandam intentionem actoris, edere non tenetur, ſecus, ſi ad ejus exceptionem *l. juſtum. 6. C. de edend. l. 4. C. de inſtrum.* Item replicationem, *Peregrin. d. lib. 7. tit. 3. n. 27.* Tertio ſi fiſcus inſtrumentorum vel actorum ſuorum exempla edat, illa

illa edere hâc conditione ſolet, ne illis uti velit contra fiſcum, & quatenus contra interdictum utatur, causâ cadat. *d. l. in fraudem. 45. §. 6. ff. de J. F.* Acta verò exiſtentia penes tertium vel etiam inſtrumenta, non debent edi contra fiſcum. *d. l. §. 5. ff. eod.* niſi ad alium jure dominii pertineant, veluti à ſe mandante confecta. *l. 7. C de edend. d. l. 45. §. 4.* vel ſint acta publica. *d. l. §. quotiens. 7. ff. de J. F. ibiq; Gl. lit. k. Peregrin. loc. all. n. 28. & ſeqq.*

158. Sæpius judex etiam in privatis negotiis uni parti litigantium, qui ſuam intentionem ad minimum ſemiplenè probavit, causâ cognitâ *juramentum ſuppletorium* deferre ſolet. *l. 3. l. generaliter. 12. §. 2. de jurejur. Dd. in l. admonendi 31. ff. eod. Umm. diſp. ad proc. 14. th. 13.* Fiſci tamen Procuratori ex privilegio non defert, quod & in nō pœnalibus obtinet, quia illius Procurator de facto alieno jurare nequit, niſi de proprio pro fiſco facto ipſius agatur, cùm hîc nulla ratio obſtet. *Peregrin. d. lib. 7. tit. 3 n. 46. in fin. Stephan. d. l. n. 339. & 340. Add. Umm. diſp. ad proc. 14. th. 13. n. 85.* In *confeſſione* ſpeciale eſt, quòd confeſſio facta parte abſente, quæ inter privatos facit ſemiplenam probationem. *arg. l. generaliter. 13. C. de non num. pecun. cap. ult. extr. de ſucc. ab inteſt. Dd. in d. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. Umm. diſp. 18. th. 4. n. 17.* in his faciat plenam. *contr. l. 6. §. 3. ff. de conf. fac. l. 47. ff. de re judic.* Sic quòd expreſſa confeſſio in uno judicio noceat in alio. *contr. l. poſt rem. 56. ff. de re jud. & l. 4. §. 1. ff. de interr. in jur. faciend.* Aliud ſpeciale eſt, quòd falſificans acta, utpote quæ manu commentarienſis adnotata non ſunt, in causâ cum fiſco, eâ cadat. *d. l. 45. §. quotiens. 7. ff. de J. F. Peregrin. d. l. n. 38. 39. & 41. Add. ſ. th. 139.* quod ultimum tamen dubio non caret. *Gl. ad d. §. 7. lit. y. C. I. A. ad tit. de fid. inſtrum. th. 19. n. 1. Add. infr. th. 166.*

5. Juramentum ſuppletorium.

6. Confeſſio.

159. *Causâ concluſâ vel pro concluſâ acceptatâ* ſequitur *ſententia*, quæ non minùs in cauſis fiſcalibus quàm aliis requiritur. *l. 2. ff. de bon. eorum qui ant. ſent. Clement paſtoralis de re judic. cap. cum ſecundum. 19. de hæret. in ſext. Fac.* Erklärung deß Landfriedens *de ann. 1500. tit. 11. in fin. & R. A. de anno. 1521. ſub tit.* die Poen der Friedbrecher. *Peregrin. lib. 5. tit. 1. n. 140. &*

7. Sententia qua vel

172. *Tepat. Deciſ. tit. 301. cap. 2. in verb. VEL NON. verſ. Confiſcatio & cap. 3. verſ. Omnia iura &c. Guazzin. concl. 10. n. 6. & concl. 16. n. 6.* Stamm. *de ſervit. perſ. lib. 1. tit. 2. cap. 6. n. 34. & ſeqq. Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 136. n. 36.* Duplex autem contra reum ſententia ferri ſolet, *condemnatoria & declaratoria.* *Illam* caſibus, quibus delictum committitur circa rem, ſed reus vel eandem per ſententiam amittit, vel aliàs in perſonâ & aliis bonis plectitur. *Fac. l. non licèt. 46. ff. de contr. empt. l. 4. C. de litig. l. 1. C. de falſ. mon. l. ordine. 15. §. 2. ff. ad municip. l. 1. C. de præd. decur. &c. l. 2. C. de iis qui ex public. ration. lib. 10. tit. 6.* Ut & ſi delictum committatur extra rem, nec bona ipſo jure publicantur. *Fac. l. 4. & 6. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. 4. §. qui filium. 11. ff. de re milit. l. 7. C. de pagan. l. ult. C. de poſtul. l. Judæi. 16. C. de jud. l. un. C ſi quis eam cujus tut. &c. l. 4. C. de cuſtod. reor. &c. Peregrin. d. l. n. 167. & 168. Guazzin. d. concl. 16. n. 4.* *Hæc* autem (1.) ubi delictum committitur circa rem contra legis prohibitionem & delinquens punitur in amiſſione rei, absque aliâ ſententiâ condemnatoriâ. *Fac. d. l. 46. ff. de contr. empt. l. commiſſa. 14. ff. de public. l. 5. §. 3. 4. & 6. l. ei qui. 20. l. ſeq. l. 23. ff. de his qui ut indign. l. donari. 29. & l. ſeq. ff. de donat. l. 8. §. meminiſſe. 14. ff. de inoff. teſtam. l. 43. ff. de J. F. l. 4. C. eod. &c.* (2.) Quando pœna ipſo jure imponitur; quia tunc ſententia facti declaratoria requiritur ad avocandam poſſeſſionem. *Fac. l. antepen. & ult. C. ad L. Jul. maj. Nov. 12. cap. 1. d. cap. cum ſecundum. 19. de hæret. in 6to. l. ejus qui. 29. ff. de J. F.* C. O. *part. 2. tit. 9. §. 2. in med. Peregrin. lib. 4. tit. 5. n. 13. Boſſ. in tit. de crim. laeſ. maj. n. 72. Mynſ. Cent. 6. obſ. 77. n. 3. Gaill. lib. 2. obſ. 51. n. 6. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 11. n. 57. & cap. 20. n. 44. Guazzin. concl. 15. n. 2. & ſeqq. Beſold. in Th. pract. lit. C. voc.* Confiſcation. *n. 55. ibiq; adj. conſ. verſ. & tandem &c. Add. ſupr. th. 30. & 38.* Hæc tamen non requiritur in crimine notorio & manifeſto inexcuſabili. *cap. evidentia. 9. extr. de acc. fac. l. 11. §. emptorem. 12. ff. de act. empt.* R. A. zu Augſpurg. *de ann. 1559. §.* damit dann hinfüro. *38. de ann. 1566. §.* Auff den Fall dann. *159. Boſſ. in tit. quomodo proced. in Crimin. notor. n. 14. Gaill. de P. P. lib. 2. cap. 3. n. 4. & 10. Clar. l. 5. ſent. §. fin. quæſt. 9. verſ. Item quæro &c. Guazzin. d. concl. 16. n. 10.*

Condemnatoria.

Stamm.

Stamm. *d. l. n.* 17. *Beſold. d. l. verſ. Illa verò declaratoria &c. Add. ſ. th.* 149.

160. Quanti autem interſit, an delinquens ipſo jure, an verò demum poſt ſententiam privativam latam, confiſcationis pœnam incurrat, videbimus *infr. th.* 180. Hîc tamen notandum: Quotiescunque lex *præciſâ aliquâ dictione*; cujusmodi ſunt, *ipſo facto, ipſo jure, protinus, illicò, mox, incontinenti*, & ſimiles &c. utitur, ipſo jure pœnam delinquenti potiſſimùm irrogari, *Peregrin. d. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 7. *poſt Felinum. in cap. Rodulphus.* 35. *n.* 48. *& ſeq. extr. de reſcr. aliosq; allegatos.* Et idem eſſe ait, quando *verbis geminatis* lex utitur. *Gaill. de P. P. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. 2. *&* 5. *Guazzin. concl.* 14. *n.* 1. *&* 2. Econtrà quoties *in futuro* loquitur, non ipſo jure, ſed per ſententiam demum infert. *Gl. ab omnibus recepta in l. jubemus.* 14. §. 2. *in ver bo privetur. C. de SS. Eccleſ. Goth. quoq; ad d. l. lit. a.* v. g. qui monetas falſificant. R. A. *de anno* 1571. §. Aber damit. 11. *junct.* §. Wie dann hinwiderumb. 14. P. H. Ord. *art.* 111. qui pannos vitioſos vendunt, quique ſcienter emunt. P. O. zu Franckfurth gebeſſert. *de anno.* 1577. *tit.* 21. qui piper, crocum & ſaccharum. *ibid. tit.* 24. Item qui vina aquâ calce aliisque mixturis vetitis corrumpunt, ultra pœnas alias etiam publicatione bonorum plectuntur. *ibid. tit.* 16. Ordn. und Satz über die Wein zu Freyburg in Brießgaw *de anno.* 1497. *tit.* von den Fuhrleuten der Wein. Quod ita demum verum & notatu dignum eſt, niſi verbo *futuri temporis præciſarum prædictarumq; dictionum aliqua addita reperiatur. Goth. ad d. l.* 14. *lit a. Gaill. all. loc. n.* 5. *Chaſſan. d. Rubric.* 2 §. *primo. In text. Il confiſque les biens. n.* 1. *verſ. Intellige quod bona condemnati. & n.* 2. Stamm. *de ſervit. perſonal. d. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 5. *per tot.*

Diff. inter ſent. declar. & condemnat.

161. Fertur hæc ſententia à judice, in præſentiâ tàm delatoris & rei, quàm procuratoris & advocati fiſcalis. *Fac. l.* 3. §. *Divus.* 9. *& l.* 7 *ff. de J. F.* Ac ex eâ non tantùm reus ejusque hæredes. *l. antep. ff. de accuſ. l. ult. C. ſi reus vel accuſ.* ſed etiam pater ratione legitimæ. *vid. ſup. th.* 115. & fidejuſſores nonnunquam conveniuntur. *Boſſ. in tit. de ſentent. n.* 15. *&* 48. *Peregr. lib* 4. *tit.* 5. *n.* 38. *Guazzin. concl.* 16. *n.* 41. *&* 42. Eo verò antea defuncto, cùm ampliùs condemnari nequeat, *l. in ſententiis.* 59.

Quomodò ferenda.

§. fin. ff. de re judic. l. 2. pr. quæ ſentent. ſine appellat. memoria damnatur, atque ejus bona ſucceſſoribus eripiuntur. *§. 5. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. ibiq; Gl. in verb. damnata. §. 3. Inſt. de publ. jud. l. 4. §. 4. C de hæret. l. 6. & l. ult. C. ad L. Jul. maj. Boſſ in tit. de ſent. n. 49. Capoll. conſ. criminal 17. n. 3. Peregrin. d. l. n. 34.* Vel citatur procurator rei litis Dominus effectus, hæredum moras luſorias vitandi gratia & condemnatur in pœnam pecuniariam. *l. nulla. 23. C. de procur. Guazzin. concl. 18. n. 94. Goth. in not. ad d. l. 59. §. ult. lit. ſ.* quamvis ſecundùm quorundam locorum ſtatuta neceſſariò liquidari debeat priùs, quis ſit hæres & illi deinde transmitti peremptorium, poſteaque cauſa contra Procuratorem finiri. *Boſſ. in d. tit. de ſentent. n. 107.*

In hâc privilegia fiſci ſunt.

1. Favor fiſci in ſent. ferenda.

162. Non minora tamen in hâc, quàm ſupra relatis judicii fiſcalis partibus fiſco leges *privilegia* tribuerunt. Nam (1.) ſecundum comunem *Dd.* opinionem *in pari causâ & votorum numero ſententia ferenda eſt pro fiſco*, quando negotium agitur cum perſonâ non privilegiatâ. *arg. l. inter pares. 38. ff. de re judic. l. lege Juliâ. 24. ff. de manum. l. ſi pars. 10. pr. ff. de inoff. teſtam. cap. fin. extr. de re jud.* quod ita defendi poſſe exiſtimamus, quando uterque fiſcus & privatus invicem de lucro, vel hic ſaltem contendant. *arg. l. non puto. 10. ff. de l. F. ibiq; Goth. in not. lit. d. & c. l un. §. 14. C. de caduc. toll. Caſpar. Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 85. n. 73. Tepat. Deciſ. 51. cap. 1. verſ. Fiſci cauſa.* judicis tamen arbitrium ex facti & perſonarum conditione plurimùm poſſe non negantes, cum *Peregrin. d. lib. 7. tit. 3. n. 43. & tit. 4. n. 13. cum ſeqq. Guazzin. d. concl. 16. n. 31. 32. 37. & 47.* (2.) Quòd, licèt intra privatos ſententia lata, neutra partium præſente, ſit ipſo jure nulla & invalida. *Auth. Qui ſemel. ibi: reo poſtulante. C. quomod. & quand. Umm. diſp. ad proc. 19. th. 9. n. 37. C. I. A. ad tit. de re. judic. th. 45. n. 4. in fin.* in fiſcalibus tamen cauſis valeat. *l. 2. §. 3. ff. de J. F. Peregr. d. l. n. 47. Guazzin. d. l. n. 46.*

2. Ea abſentib. part. lata valet.

Utitur jure comm. in appellat.

163. In eo jure communi utitur, quòd ſententia adverſus fiſcum lata remedio appellationis reparari poſſit in *civilibus per l. illud. 9. ff. de appell.* ſicut & è contrario, vox provocantis à litâ ſententiâ, quæ pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ ut legibus cogentibus auferuntur, debet admitti, *l. lata. 22. l. cum*

poſt

poſt.26.C.eod. Peregrin. lib.4. tit.5. n.9. & d. lib.7. tit.4. n.12. **Stamm.** *de ſervit. perſon. lib.1. tit.2. cap.6. n.16.* C. *I. A. ad tit. de appell. th.9. n 42.* In *criminalibus* quoque nullâ lege reſiſtente conceditur. *Fac. l.2. §.8.* C. *de veter. jur. enucl. l.6. ff. l. litigatoribus. 14. & l. addictos. 29. C. de appell. & in terminis l. Lucius. 9. ff. de J. F. Peregr. d. lib.7. tit.4. n.1. Guazzin. concluſ.30. n.1. & 2. Perez. ad tit. Cod. de ſentent. adverſ. fiſc. lat. retract. n.2. Stephan. d. tractat. & loc. n.351. & ſeqq. ubi ex Grammat. deciſ.14. in cauſâ Magnifici. n.2. tradit, quod fiſcus poßit appellare à minoritate pœna.* Præjudicia refert *Caſpar. Klock. de Ærar. lib.2. cap.85. n.59. &* 60. Non ubivis tamen locorum hæc provocatio fiſco conceditur; minimè ſanè in regno Neapolitano nec alibi per Italiam *teſte Grammat. all. loc.* quem *alleg. Pereg. cit. loc. Guazzin. concl. 30. n.22.*

3. Abſente advocato lata eſt nulla.

164. Tertium *privilegium* eſt; quòd in cauſis privatorum cauſæ ſemel finitæ non retractentur velamento abſentiæ patroni. *l.4.* C. *de poſtuland. fac. l.1.* C. *de repud. bon. poſſ. ibiq; Goth. lit. b.* in fiſcalibus autem *ſententia lata* contra fiſcum, abſente fiſci advocato, *ſit ipſo jure nulla. d. l.3. §. Divus. 9. l.7. ff. de J. F. Boſſ. in tit. de ſentent. n.18. & tit. de fiſc. n.23. & in tit. ſi adv. rem judic. n.6. Peregrin. d. l. n.2. Guazzin. concl. 30. n.6. Perez. ad Cod. tit. de ſent. adv. fiſc. lat. n.1. Vid. ſ. th.139.* (4.) In cauſis, quæ ad privatos ſpectant, *Vid. Bach. ad Trentler. Vol.2. diſp.23. th.5. lit. d. Ummi. diſp. ad proc.19. n.57.* regulariter ſub obtentu novorum inſtrumentorum, (quorum appellatione teſtes quoque continentur. *l.1. ff. de fid. inſtrum. l. in exercendis. 15. C. eod. Mynſ. Cent.4. obſ. 60. n. ult. Goth. ad d. l.1. C. de ſent. adv. fiſc. lat.*) poſtea repertorum rem judicatam reſcindi non permittitur. *l. Imperatores. 35. ff. de re jud. l.4. C. eod. l. cum hoc. 27. ff. de exc. rei jud. cap.20. & 21. extr. eod.* Item ſi culpâ Procuratoris inſtrumenta non fuerint in judicio prolata, cùm ejus factum domino privato noceat. *cap.2. de confeſſ. in 6to. l.5. C. de procurat. Weſenbec. in tit. de Procurat. n.6.* Secùs in fiſcalibus; in quibus, ob inſtrumentum favore fiſci confectum, culpaque procuratoris fiſcalis, ejusque advocati non productum in primo judicio, vel ſi de novo reperiatur & producatur res judicata ſpeciali jure retractatur, *d. l.35. ff*

4 Quod ſent. ob inſtrum. noviter reperta vel nondum producta retractetur.

de re judic. olim intra triennium, *l. un.* C. *de ſentent. adverſ fiſc. lat. retr.* hodiè verò quadriennium. *arg. l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.* Gl. *ad d. l. un.* C. *de ſent. adverſ. fiſc. Add. infr. th.* 194. *Boſſ. in tit. ſi adverſ. rem judic. n.* 6. & 7. *Peregrin. d. l. n.* 3. & 9. *Guazzin. concl.* 30. *n.* 7. 35. & 36. *Umm. ſ. all. loc. in med. Mynſ. d. Obſ.* 66. *n.* 7. *Perez. ad tit. de ſentent. adv. fiſc. &c. n.* 2. & 4. *C. I. A. ad tit. de re judic. th.* 117. Sicut autem in cauſâ civili per judicis auxilium læſo ſubvenitur; ita in cauſis criminalibus ex gratiâ Principis ſuccurritur, tàm reo innocenti adverſus ſententiam condemnatoriam, *per l.* 1. §. *ult. ff. de quaſt. l. Divi fratris.* 27. *ff. de pœn.* quàm fiſco, adverſus abſolventem aut leviorem, quàm par eſt, pœnam irrogantem, ne delicta impunita maneant. *Boſſ. d. tit. ſi adverſ. rem judic. n.* 8. & 9. & *de ſupplic. adverſ. ſentent. n.* 6 & *ſeqq. Guazzin. d. l. n.* 33. & *ſeqq. Stephan. d. l. n.* 353. *cum ſeqq. Perez. cit. loc. n.* 7. & 8.

5. Itidem retractetur poſt quadriennium. ob prævaricat.

165. (5.) Poſt tempus illud quadriennii finitum ſententia contra fiſcum lata duobus adhuc caſibus retractari poteſt; ſcilicet *ſi prævaricatio arguatur, & manifeſta fraus probetur. l.* 1. *pr.* & §. *fin. ff. de J. F. l. intra quatuor.* 10. *ff. de diverſ. & temp. præſcript. d. l. un. C. ſi adv. fiſc.* Sententia enim per prævaricationem lata ob pecuniam datam judici, aut advocato, ſeu procuratori partis ſuccumbentis eſt ipſo jure nulla, tàm in privato, quàm fiſco. *l.* 3. §. 13. *ff. de homin. liber. exhib. l.* 3. §. 1. *ff. de pravar. l. venales.* 7. *C. quand. provoc.* & *l.* 1. & 2. *C. de pœn. judic. Gl. in d. l. un.* C. *de ſent. adverſ. fiſc.* ſecutâ tamen pronuntiatione & declaratione judicis competentis ſuper facto prævaricationis & corruptionis. *l. ejus qui.* 29. *pr. ff. de J. F. Boſſ. d. t. ſi adverſ. rem judic. n.* 10 & 11. *Peregrin. d. l. n.* 5. *Guazzin. d. concl.* 39. *n.* 8. & 9. *Perez. all. l. n.* 3. C. *I. A. ad tit. de re judic. th.* 117. Quòd ſi autem per prævaricationem gratioſam lata ſit, valet quidem, ſed ope reſtitutionis revocatur. *l.* 1. *C. de advoc. diverſ. jud.* 1. *Gl. ad d. l. un. C. de ſent. adverſ. fiſc. Boſſ. in tit. de pravar. n.* 6. *Peregrin. d. lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 6. *Guazzin. d. l. n.* 10. *Add. ſ. th.* 146.

Et falſos teſtes ac inſtrum.

166. Si ſententia prætextu *falſorum teſtium vel inſtrumentorum* lata probetur, eſt ſimiliter ipſo jure nulla. *l. qui agnitus.* 11. *ff. de except. l.* 2. *cum l. ſeq. C. ſi ex falſ. inſtrum. Boſſ. in tit. de falſ.*

n. 74.

n.74. Umm. diſp. ad proc. 19. n. 56. & ex eo C. *l. A. ad d. tit. de re judic. th.* 114. *Perez. d. l. n. 3. Add. ſupr. th.* 158. vel ſaltem, *ut vulgò Dd. volunt*, ope reſtitutionis in integrum retractanda. *l. ſi prætor. 75. verſ. Marcellus. ff. de judic. l. Divus. 33. ff. de re jud. cap. cùm venerabilis. 6. verſ. intelleximus, in fin. extr. eod.* Poteſt etiam ſententia reparari, procedendo criminaliter per querelam falſi, intra annos viginti. *arg. l. quarela.* 12. C. *de falſ. Vid. infr. th.* 192. *Boſſ. in tit. ſi ex falſ. inſtrum. n. 1. & ſeqq. Peregrin. d. l. n. 10. Guazzin. d. concl. 30. n 4. & 5.* (6.) Sententia aliàs in criminalibus biennalem, in civilibus triennalem inſtantiam habet. *l. properandum. 13. pr. & §. 1. de judic. l. fin. ut intra cert. temp.* actio tamen publica intra ſex menſes poſt litis conteſtationem peragenda eſt, niſi rei neceſſitas, perſonarum aut inſtrumentorum cauſâ, diutius proferri litem exigat vel reus in morâ fuerit. *d. l. 13. §. 1.* C. *de judic. & l. ult.* C. *de I. F. ibiq. Goth. lit. q.* ſed an id hodiè adhuc obtineat, *vid. Perez. ad tit.* C. *de I. F. n. 45. & 46.* *6. In instantiâ.*

167. *Expenſarum* rationem in judiciis haberi, vulgò notum eſt: Fiſcum tamen ex ſuo privilegio non exigere litium expenſas ſi vincat: nec easdem exſolvere, quando cauſam amittat. *arg. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. tenent Perez. ad Cod. d. tit. de fruct. &c. n. 8.* C. *l. A. ad tit. de re jud. th. 26. n. 5.* quamvis *ex l. ult. §. 4. & 6.* C. *de delat.* conventum ſuccumbentem ſumptus, à fiſco factos in duplum reſtituere teneri dicendum ſit. *Perez. ad d. t. de delat. n. 20. Add.* 𝔈. 𝔒. *part. 1. tit. 16. §. 2.* Exceptiones duæ hîc ſunt notandæ, (1.) Quòd ſi doloſè & calumnioſè procurator fiſcalis verſetur in officio, eſſet in expenſas & damna condemnandus, ut quilibet privatus. Imò ex Conſtit. Imperat. ſi quidquam contra querimonias læſorum moliri auſus fuerit, debet concremari. *l. univerſi. 9.* C. *ubi cauſ. fiſc. Add. ſ. th.* 138. (2.) Si fiſcus in primâ & ſecundâ inſtantiâ obtinuerit, congruit, ut privatus ſecundæ inſtantiæ expenſas retribuat: cum primæ ſententiæ acquieſcere debuiſſet: ſecus in fiſco; quia per alios jura ejus adminiſtrantur, & quandoque negligenter. *Peregrin. d. lib. 7. tit 4. n. ult. Matth. Stephan. d. l. n. 344. & 345.* Quòd verò fiſcus in expenſis factis in procedendo adverſus reum delinquentem, illum capiendo, aliisque cauſis præferatur privatis *8. Expenſæ.*

credito-

creditoribus, ſuppoſito, quod bona delinquentis ad ſatisfactionem omnium non ſufficiant. *arg. l. ita vulneratus. 51. § ult. ibi: publicè intereſt delicta puniri. junct. l. interdum. 5. ff. qui pot. in pign. & l. fin. §. in computatione. 9. C. de jure deliber. cum Matt. Afflict. in tit. quæ ſint Regal. in verbo, & bona committentium. n. 119. & Peregrin. lib. 5. tit. 1. n. 193. & ſeq.* veriorem ſententiam eſſe putamus.

9. Miſſio in poſſ. ſſ. bonor. in qua requiritur. 168. Secutâ ſententiâ fiſcus hactenus occupat *poſſeſſionem omnium bonorum, mobilium & immobilium*, ut ſingulariter deſcribantur. *l. defenſionis. 7. C. de J. F. Chaſſan. d. Rubr. 2. Des confiſcations in pr. n. 12. Peregrin. d. l. n. 52. Guazzin. concl. 5. n. 2. Ritterſ. in expoſ. Novell. part. 6. cap. 8. n. ult.* *Deſcriptio.* Deſcriptio autem rerum per ordinarii officii ſolicitudinem, cum earum qualitatibus, circumſtantiis & oneribus, prout penes delinquentem erant, fieri debet. *l. 7. C. de bon. proſcript. l. fin. C. de bon. vacant.* Ideoque res quæ delinquens jure conductionis, depoſiti vel commodati tenebat, pro jure detentationis, quæ verò pleno jure, vel naturaliter, ut emphyteuta, vel civiliter, pro jure directi dominii, hæ pro eo, quo conſtant, deſcribantur. *Peregr. d. lib. 5. tit. 1. n. 196.* Effectus eſt, ut ſi poſtea bona ponantur ad proclama, ſi ſolùm utile fuerit deſcriptum, firmetur utile, ſi directum, idem in directo, ſi detentatio, jus detinendi; adeò, ut ſi res, quæ non fuerit poſſeſſoris, & tamen deſcriptæ tanquam ſuæ, proclama quoque dominis præjudicet. *Boſſ. in tit. de proclam. n. 2. & 3.* Quòd ſi tamen is cui hoc officii genus incumbebat, in rationalis rei privatæ inquiſitione ſecundâ in fraudis aut negligentiæ causâ deprehendebatur, aliud tantùm quantùm fuerat ſubtractũ ex propriis facultatibus inferendi obnoxius erat. *d. l. 7. C. de bon. proſcript. & d. l. 7. C. de J. F. C. I. A. ad tit. de bon. damn. th. ult. n. 2.*

& Proclama. 169. *Proclama* verò illud ad inſtantiam fiſcalis mandato magiſtratus fieri ſolet, ad id, ut, ſi quis ſe hæredem defuncti, vel aliter bona non vacare: aut ſe creditorem vel jus aliquod habere, prætendat, intra certum terminum comparere debeat in Camerâ fiſci, & contradicere ac jura ſua deducere. Eo tranſacto & nemine interea comparente, ad inſtantiam procuratoris fiſcalis, magiſtratus bona illa caduca plenè ad fiſcum pertinere pronuntiat; ut ita veram eorundem poſſeſſionem apprehendat;

Non

Non contradicenti autem imponit ſilentium, quo jure ſuo excluditur. *arg. l. diffamari.* 8. C. *de ingen. man. l. ſi eo tempore.* 6. *C. de remiſſ. pignor. d. l. ult.* C *de bon. vac.* Contradictore comparente; jura illius diſcutiuntur. *d. l.* 7. *C. de J. F. & d. l. fin.* C. *de bon. vac. fac l. fin.* §. 5. *ff. de delat. Boſſ. d tit. de procl. pr. & n.* 1. *& in tit. de bon. vac. n.* 4. *&* 12. *Peregr. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 30. *& l.* 5. *t.* 1. *n* 55. *verſ. Creditores &c & n.* 199 *ubi Venetiis ſimile decretum extare dicit, quod ibi quoq; refert. Farinac. quæſt.* 25. *n.* 181. *Guazzin. concl.* 17. *n.* 1. *& ſeqq. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 30. *Perez. ad Cod. tit. de bon. vac. n.* 31. *Stephan. de Juriſd. d. p.* 1. *c.* 7. *m.* 1. *n.* 193. *& ſeq. Beſold in Theſ. pract. lit. C. voce* Confiſcation. *n.* 55. *ibiq; adj. Conſ. verſ. Et inde creditores, p. m.* 166.

CAP. VI.

Effectum Juris Caducarii continens.

170. Effectus Juris Caducarij eſt, quòd bona ad fiſcum pertinentia, publicata & deſcripta, obſervatis de jure obſervandis, in fiſcum, licèt invitum, transferantur, eique incorporentur. *Add. ſ. th.* 5. *Incorporatio ea tribus modis* fieri ſolet (1.) per *deſcriptionem bonorum confiſcatorum* ab habente ad hoc poteſtatem in librum, quo aliæ res fiſcales ſunt deſcriptæ. (2.) Quando eam poteſtatem habens, per ſententiam, causâ cognitâ, *declaraverit expreſſe bona haberi pro confiſcatis atq; incorporatis. arg. l. fin. C. de bon. vacant.* (3) per *affixionem armorum Principis* in parietibus, ut dicatur facta bonorum confiſcatio. *l.* 3. C. *eod. ita ex Bart. in d. l. fin. C. de bon. vacant. & Angel. in l. ſi quis.* 9. *C. de bon. proſcript. refert Chaſſan d. Rubric.* 2. *pr. n.* 14. *Guazzin. concl.* 7. *per tot. Perez. ad Cod. tit. de bon. vac. n.* 29. Nonnunquam hæreditatis aditio requiritur, eo ſcil. caſu, quo bona jure hæreditario ad fiſcum deferuntur. *l. ſi ſervus plurium.* 50. §. 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. *in fin. ff. de off. proc. Cæſ. Boſſ d. tit. de bon. publ. n.* 25. *verſ. Addo etiam. Peregrin. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 22. *Guazzin. concl.* 10. *n.* 1. *Sixtin. de Regal. d. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 48.

Effectus Iur. Cad. eſt bonorum incorpor.

Inde ſucc. in action. activ. & paſſiv.

171. Et quia fiſcus in omnibus jure privati ac communi utitur, niſi ſpecialiter excipiatur. *arg. l. idem juris eſt.* 12. *ff. de comp. l. cum vitiosè.* 25. *ff. de pignor. l.* 3. C. *de reſcind. vendit. l.* 6. C. *de I. F. l. fin.* C. *de uſur. fiſcal. Peregrin. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 1. *Guazzin. d. concl.* 10. *n.* 5. *Tepat. Deciſ.* 51. *cap.* 1. *verſ. Fiſcus non habet &c. Stephan. de Jurisd. d. tit.* 1. *part.* 1. *cap.* 7. *m.* 1. *n.* 275. Hinc in locum condemnati & defuncti quoque activè & paſſivè ſuccedit. *l. actione.* 65. §. 12. *ff. pro ſoc. l.* 2. §. 1. *ff. de fund. dotal. l.* 2. C *ad L. Jul. de vi publ. l. ſi ademptis.* 5. C. *de ſentent. paſſ. l. ſi ut proponis.* 5. C. *de bon. damnat. l.* 3. §. *ſi poſteriori.* 7. *l.* 6. *ff. de I. F. l.* 1. C. *de bon. libert. Add. ſ. th.* 108. ita ut non tantùm fiſco adverſus debitores condemnati actio competat. *Fac. l. inter ſocerum.* 26. §. *ult. ff. de pact. dotal. l. ſed etſi.* 10. §. *fin. ff. de bon. damnat. l. quod placuit.* 37. *ff de I. F. l. cum quidam.* 17. §. 5 *ff. de uſur.* & iidem fiſco, tanquam creditori ſolventes, liberentur. *Ægid. Boſſ. in tit. debitor. an deling. ſol. poſſ. n.* 1. & 3. verùm ipſe quoque fiſcus teneatur ſolvere, ex contractu, non verò delicto, creditoribus condemnati. *l.* [illegible] §. 1. *l. non poſſunt.* 11. *l. res quæ.* 22. §. 1. *arg. l. eum qui.* 41. *ff. de I. F. l.* 4. & *l.* 5. *C. de bon. proſcript.* etiam quoad legata & fideicommiſſa. *l. cum fiſco.* 9. *ff. ad SC. Silan. l. recuſare.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Trebell. l.* 3. §. 4. *l. dicitur.* 14 *ff. de I. F. l. un.* §. *antepen. C. de caduc. toll. l. ſi ſervus.* 50. §. 2. *l. quidam.* 96. §. 1. *ff. de legat.* 1. *Clar. d. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 78. *verſ. ſed an teneatur fiſcus &c. Peregrin. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 26. & *ſeqq.* & *d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 54. *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 169. & 170. 186. *cum ſeq. Ripa in repetit. l. ex facto.* 17. *ff. ad SC. Trebell. n.* 6. *Tepat. Deciſ. tit.* 51. *cap.* 2. *in verb. VEL NON. pr.* & *verſ. ſeq.* & *cap.* 8. *pr.* & *ſeqq. item d. tit.* 301. *cap.* 4. *verſ. Spoliatus &c. cum ſeq. Boſſ. in tit. de bon. publ. n.* 11. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 44. *Guazzin. concl.* 23. *n.* 1. 10. & 11. C. *l. A. ad tit. de legat. th.* 71. *ad tit. de veteran. ſucc. th. ult. in add. tit. de bon. damnat. th. ult. n.* 3. & *ad tit. de I. F. th.* 9. *n.* 2.

Econtra debitor ab omni obligat. liberatur.

172. Econtra debitor per publicationem bonorum *ab omni obligatione creditorum*, pro parte & quantitate confiſcata *liberatur*, ut fidejuſſor (poſtea datus) non obligetur. *l. ſi debitori.* 47. *pr. ff. de fidejuſſ. l. tutelas.* 7. §. *fin. ff. de cap. minut. Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 177. & *ſeq. Tepat. d. l.* & *cap.* 7. *verſ. Confiſcatione bonorum*

norum

norum &c. Chaſſan. d. Rubric. 2. § *prim. in verbis: Et appartient. n.* 33. Niſi ſint (1.) fidejuſſores & correi ante condemnationem dati, quorum obligatio non perimitur, niſi pro quanto fiſcus effectualiter capit. *Add. Gl. in l ſententia.* 20 *ubi etiam Bald. C. & l. capitis.* 53. *ff. de fidejuſſ. l. ſi verò.* 5 *pr. ff.* | *qui ſatisd. cogunt. Farinac. d. l. n.* 171. *Guazzin. d concl.* 23. *n.* 5. *& concl.* 25. *n.* 21. *Perez. ad Cod. tit. de fidejuſſ. n.* 44. (2.) Niſi bona per recuſationem fiſci ad condemnatum reverſa fuerint, qui tamen adhuc in eo loco eorum capax eſt. *d. l. ſervus plurium.* 50. §. 2 *ff. de legat.* 1. *l.* 1. § 1 *ff. de J. F. & arg. l. nec utilem.* 20. *ff. ex quib. cauſ. maj.* aliàs venientes ab inteſtato tenentur. *arg. l. ejus qui.* 8. §. 1. *ff. de teſtam. Gl. ad l. ea ſola.* 97. *ff. de R. J.* (3.) Reus ſit condemnatus in certâ pecuniariâ pœnâ, ubi debitor tenetur non fiſcus, niſi in ſubſidium. *arg. l. un. C. pœn. fiſcal. cred. præf. Boſſ. in tit. de proclam: n.* 15. *&* 16. *Peregrin. de J. F. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 58. *&* 4. *ſeqq. Guazzin. d. Concl.* 20. *n.* 26. *&* 31. *& concl.* 25. *n.* 22. *&* 3. *ſeqq.*

173. Utut fiſcus pro hærede & ſucceſſore condemnati habeatur, potiùs tamen hæres anomalus, quàm verus juris ſucceſſor dici poteſt. *Gl. in d. l. inter eos.* 51. §. *fin. ff. de fidej. Boſſ. d t. de publ. bon. n.* 13. *Peregrin. d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 60. *Guazzin. concl.* 20. *n.* 4. *Primò* enim damnatus dare hæredi, non implet conditionem dare fiſco. *ex Bart. in l. qui hæres.* 44. §. 4. *ff. de condit. & demonſtr. tradit Peregr. d. l. Secundò*, fiſcus per publicationem in bonis tantùm ſitis ſub ſuâ juriſdictione ſuccedit; hæres verò in ubique exiſtentibus. *l. un. C. ubi de hæred. Boſſ. d. l. n.* 21. *& ſeqq. Peregr. n.* 62. *Guazzin. d. l. n.* 5. *& ſeq. Tertiò*, inter duos fiſcos diverſos non eſt locus juri accreſcendi; ſecus inter cohæredes. *l. un.* §. *his ita defunctis.* 10. *C de caduc. toll. Peregr. n.* 63. *Guazz. d. l. n.* 11. *& concl.* 21. *n.* 63. *Quartò*, fiſcus non tenetur ſupra bonorum vires, etiamſi inventarium non confecerit. *arg. d. l.* 1. §. 1. *l. non poſſunt.* 11. *ff. de J. F. l. ejus.* 8. §. 1. *ff. de teſtam. Boſſ. d. l. n.* 23. *&* 25. *Clar. d. quæſt.* 78. *verſ. Unum ſcias &c. Farinac. d. quæſt.* 75. *n.* 183. *&* 184. *Peregr. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 25. *& lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 64. *Guazzin. d. concl.* 20. *n.* 6. *&* 23. *Fachin. in controv. lib.* 6. *cap.* 21. *Sixtin. de Regal. d. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 47. *Quintò*, inſtantia judicialis cœpta cum defuncto activè & paſſivè tranſit ad hæredes, quæ non tranſit in fiſcum, cùm habeat ſuos particula-

Differt tamen ſucc. fiſci ab hæred. ſucc.

ticulares judices. *Boſſ. d. l. n.* 24. *Peregrin. d. lib.* 5. *n.* 65. *Guaz. d. l. n.* 8. *Vid. ſ. th.* 137. & 140. *Sextò*, fiſcus defuncto aliis exclusis ſuccedens, hæreditatem per procuratorem adire poteſt. *d. l.* 1. *in fin. ff. de off. procur. Cæſar. l. aufertur.* 46. §. *pen. ff. de J. F.* & *l. ſi quis mihi*, 25. §. 2 *ff. de acquir. hær.* quod privatis denegatur. *l per curatorem.* 50 *ff. de acq. vel amitt. hæred. arg. l. actus legitimi.* 77. *junct. l.* 123. *ff. de R I. l.* 3. *ff. de off. Proconſ.* *Septimò*, fiſcus aditam hæreditatem rectè repudiat. Item, non aditam transmittit, quod privatus facere nequit. *Boſſ. in tit. de bon. vacant. n.* 7. *Peregr. d. lib.* 5. *n.* 58. *Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 48. & 5. *ſeqq. Add ſ. th.* 120.

Bona autē illa caduca ſita ſunt vel ſub diverſâ jurisdictione qua aut unam burſam habēt,

174. Quòd ſi bona illa caduca *non ſub unâ ſed diverſâ jurisdictione* per damnatum fuerint poſſeſſa, ſequentes concluſiones obſervandæ erunt. Præponenda autem diſtinctio *Bartol. in l.* 1. *C. de Summ. Trinit. col. pen.* & *ult.* communiter recepta: Quòd interdum jurisdictiones ſint ſeparatæ, ſed burſa fiſcalis ſive ærarium ſit unum idemque; quandoque verò jurisdictiones & burſæ fiſcales ſint omninò ſeparatæ. *Si prius*: *ſubdiſtinguendum*, quòd aut confiſcatio fiat de *jure communi*, in caſibus, quibus ultra proviſionem *Auth. Bona damnatorum*, delinquentium bona poſſunt publicari; ubi procul dubio omnia bona, quibuscunque locis ſita, confiſcabuntur, executio tamen & apprehenſio per judices & officiales illorum locorum expedietur. *l à Divo Pio.* 15. §. 1. *ff. de re jud. l. cum unius.* 12. §. *pen. ff. de bon. auctor. jud. poſſid. l. tutores.* 39. §. 3. *ff. de adminiſt. tut. l.* 3. *C. de bon. vacant. Guazzin. concl.* 16. *n.* 13. Aut ſecundùm *conſtitutiones illius Regni, Republicæ* & *Ducatus*, qui iterùm vel ſunt *univerſales* in toto Regno vel Dominio, ſive ad minimùm in utroque loco, ubi ſunt omnia bona, quo caſu ea ſimiliter, eâdem ratione & LL. ſupra all. publicantur. Vel ſunt *diverſa* & *non communes ad utrumq; locum*; & ſententia confiſcatoria ex vi hujus particularis ſtatuti non protenditur ad bona in aliis territoriis ſita. *arg. l. fin. ff. de jurisd. cap. fin. de conſtit. in 6to. l.* 1. §. *fin. ff. de tutor.* & *curat. dat. l. neq;.* 5. *C. eod. Nell. in tract. de bann. in* 1. *part.* 2. *temp. quæſt.* 17. *Clar. in pract. Criminal. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 78. *verſ. ſed hîc quæro. Boſſ. in tit. de bon. publ. n.* 62. *Peregr. d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 134.

&c.

& 3 *ſeqq. Farinac. d. quaſt. 25. n. 93. usq. 99. Chaſſan. d. Rub. 2. §. primo. verſ. Et appartient. n.* 18.

175. Sin *poſterius*: iterùm ſubdiſtinguitur. Quòd ſi publicatio fit in caſibus *jure communi* permiſſis, omnia publicata cenſentur, & fiſcus cujusque loci capiet bona ſita ſub ſuâ jurisdictione. *arg. text. in l. quicunq. 8. §. 3. ibi: in cujus territorio &c. C. de hæret. l. fin. C. de bon. vacant. Limn. in annot. ad Capit. FERD. III. art. 28. verb.* Landen gelegen. modò ſententia ſupponatur facta ex auctoritate Superioris ubique jurisdictionem habentis; qualem Imperator noſter, ejusque ſuprema Tribunalia in banni pœnam irrogando habere cenſentur. *Vid. Receſſ. Imp. Wormat. de an.* 1521. *& Receſſ. Auguſt.* 1548. *tit.* die Poen der Friedbrecher. *C. O. part. 2. tit. 9. §. 2. Gaill. lib. 1. de P. P. cap. 6. n. 14. & cap. 11. n. 3. & 4. lib. 2. cap. 1. n. 21.* Ea tamen non ſeſe extendit ad bona extra territorium ſita. *d. l. fin. ff. de jurisd.* ita ut fiſcus extraneus, ne quidem ut vacantia capere poſſit, vel ipſo adhuc reo capace exiſtente, vel hæredibus ab inteſtato ſuccedentibus. *arg. eorum quæ ſ. th. 15. & ſeqq. dicta ſunt. Peregrin. lib. 3. tit. 7. n.* 27. Si autem ſententia ſit lata ab Inferiore, qui jurisdictionem tantùm in ſuo territorio habet; quâ Principes & Status Imperii in pœnis, banni quoque, decernendis gaudent, bona quidem ſub ſuâ jurisdictione exiſtentia jure confiſcationis capere, omnibusque juribus tàm propriis quàm communibus ex voluntate privare poſſunt. *Peregr. d. lib. 3. tit. 7. n. 30.* Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 1. tit. 3. cap. 3. n. 10. junct. cap. 4. n. 5. Tepat. Deciſ. tit. 301. cap. 3. verſ. Quando de jure communi &c. & verſ. Sententia &c. Item cap. 7. verſ. Confiſcatis &c. Conſ. Argent. Tom. 2. conſ. 81. n. 8. & 9.* reliqua verò, quæ ſunt ſub aliorum ditionibus, jure occupationis, tanquam bona vacantia fiſco illorum cedunt: Vel novo inſtituto proceſſu, novaque latâ ſententiâ condemnatoriâ ibidem confiſcantur. *arg. l. un. C. ubi de hæred. & l. relegatorum. 7. §. interdicere. 10. ff. de interd. & releg. Nell. d. l. quæſt. 17. propè fin. verſ. ſi verò loquimur in bannito &c. Boſſ. d. tit. de publ. bon. n. 65. Farinac. d. quæſt. 25. n. 101.* Hoc obſervato: quòd ſi Imperator ſive Camera condemnationem banni à Statibus latam per totum Imperium jubeat executioni mandari, eundem effe-

aut ſeparatam.

ctum habeat, ac ſi Ipſi eam ſententiam tuliſſent. *Add. Carpzov. ad L. Reg. cap. 9. ſect. 10. n. 21. & ſeqq.* Non idem juris eſt, ſi confiſcatio fieri contingat ſecundùm ſtatuta & leges unius territorii, quo caſu indubitanter non extenditur ad bona ſita ſub alio *d. l. fin. ff. de jurisd.* quamvis vaſalli in eis, quæ ſub terris infeudatis reperiuntur, non excludantur. *Vid. ſupr. th. 89. Nell ſ. all. quæſt. Boſſ. d. l. n. 62. Peregrin. d. lib. 5. n. 138. & 139. Clar. d. quæſt. 78. verſ. Sed hic quæro &c. Farinac. ſ. all. quæſt. n. 99. & 100. Tepat. Deciſ. tit. 301. cap. 2. verſ. Quando confiſcatio &c. & cap. 4. verſ. Bona exiſtentia &c. Chaſſan. ad Conſuet. Burg. d. Rubr. 2. §. 1. in verb. Et appartient. n. 7. 8. 9. & 35. Guazzin. concl. 21. n. 55. & 56. Brüning. de Variis Univerſit. ſpecieb. th. 25. lit. d.*

Quæſtio de bonis mobilibus, 176. ***An confiſcatio etiam ad bona mobilia, nomina debitorum & jura exiſtentia extra jurisdictionem confiſcantis*** extendatur; non inutilis quidem, diverſis tamen Dd. ſententiis ventilata quæſtio eſt? *Verior ea videtur*, quòd *bona mobilia* territorium ſequantur, ſi ex deſtinatione patrisfamiliâs, ut ibidem permaneant, tranſlata fuerint. *arg. l. ex facto. 35. pr. §. 3. 4. & fin. ff de hæred. inſtit. Alexander. conſ. 31. n. 15. Clar. d. quæſt. 78. verſ. Sed hic quæro &c. Peregrin. de J. F. d. lib. 5. tit. 1. n. 141.* Sin ſecus; *rectè poſt Bald. in l. 4. C. de commer.* attendendum eſſe locum domicilii ipſius condemnati. *arg. cap. Fridericus. §. 2. 2. Feud. 72.* cùm mobilia concernant ejus perſonam cujus ſunt. *arg. l. per curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. hæred. & l. un. C. de impon. lucrat. deſcript.* defendunt, *Farinac. d. quæſt. 25. n. 108. Tepat. d. tit. 301. cap. 3. verſ. Sententia &c. Chaſſan. ſ. all. l. n. 13. Guazzin. d. concl. 21. n. 58. & 60. Henric. Brüning. dict. tract. th. 25. lit. b. in fin. Knichen. in tractat. de Jure Superiorit. cap. 3. n. 395. Conſil. Argent. d. Tom. 2. conſil. 81. n. 23. 24. & 25.*

& nominibus debitor. 177. Quoad *nomina*: ea ſequuntur *domicilium debitoris* non creditoris. *arg. l. Titium & Mævium. 47. §. 2. ff. de adminiſt. & pericul. tutor.* quia ea in loco illius non verò hujus exigi poſſint, *ex regulâ l. 2. C. de jurisdict. arg. l. pen. §. 2. ff. ne quis eum qui in jus vocat. l. 1. §. hæc verba. 5. ff. ne vis fiat &c. l. debitor. 108. ff. de V. S. ita poſt Bald. & Angel. in l. ex facto. 35. ff. de hæred. inſtit. tenent Peregr. d. l. n. 142. Chaſſan. all. loc. n. 20.* niſi vel ratione

ne

ne obligationis contractæ, quæ etiam forum tribuit. *l. hæres.* 19. §. 1. *l. non alius.* 24. *l. argentarium.* 45. *ff. de judic.* vel aliâ aliquâ ratione in hoc quoque conveniri queat. *arg. d. l. pen.* §. 2. *ff. ne quis eum &c. Boſſ. d. t. de bon. publ. n.* 65. Et de tali caſu accipimus *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 173. *Tepat. Deciſ. d. tit.* 301. *cap.* 4. *verſ. Creditum. Conſ. Argent. d. conſ. n.* 27. *Chaſſan. d. l. n.* 14. *Guazz. n.* 59. & 60. In *actionibus autem paſſivis*, ubi creditores agunt contra fiſcum, totum rei patrimonium æſtimandum eſt, & quilibet fiſcus ad ſatisfactionem creditorum tenetur. *arg. l. ſi pro ratâ.* 27. *ff. de religioſ. & l. ſi vir uxori.* 6. *ff. ad L. Falcid. Alexand. d. conſ.* 31. *n.* 16. *Clar. in d.* §. *fin. quæſt.* 78. *verſ. ſed quæro &c. n.* 20. *Farinac. d. l. n.* 173. *Et actionibus paſſivis*

178. Quando *plures Domini ejusdem jurisdictionis ſunt*, & unus majorem partem habet, diviſio bonorum confiſcatorum fit inter eos pro ratâ jurisdictionis. *arg. l. ſervus communis.* 5. *ff. de ſtipulat ſervor. Chaſſan d. l. in verb. appartient. n.* 35. *Guazzin. d. concl.* 21. *n.* 46. & 57. *Knichen. de Jur. Superiorit. cap.* 4. *n.* 431. & 432. Quòd ſi inter eos diviſa fuerit jurisdictio, & tempore unius commiſſum delictum, alterius verò ſequuta condemnatio, *ad illum*, ubi pœna imponitur ipſo jure, *arg. l. quacunq; actiones.* 57. *ff. de oblig. & action. l. quod ait.* 23. §. 1. *ff. ad L. Jul. de adulter. Ad hunc*, ubi pœna per ſententiam imponitur, pertinet. *Fac. infr. th.* 180. *Guazzin. d. l. n.* 54. Quæ ſententia ex eâdem ratione ad eam quæſtionem aptari poteſt, quando ſecundùm nonnullorum locorum conſuetudinem, (qualis in Galliâ & Italiâ viget.) ſupremi Domini vendant condemnationes & mulctas delinquentium, controverſiaque incidat, *an pertineat ad eum, qui erat executor fructuum jurisdictionalium tempore delicti commiſſi*, *an verò tempore condemnationis latæ. Add. Boſſ. in tit. de pœn. n.* 22. *Peregrin. d. lib.* 5. *tit.* 1 *n.* 195. *ubi quid in Domino Venetorum ſuo tempore obtinuerit, refert &c. Guazzin. d. Concl.* 21. *n.* 53. & 65. *Tepat. d. t. cap.* 8 *in pr.* Quando in eâdem jurisdictione adeſt proprietarius & uſufructuarius, ad hunc confiſcationes ſpectare videntur. *arg. l.* 3. *pr.* & §. 1. *l. uſufructu.* 7. *ff. de UF. Boſſ. in tit. de pœn. n.* 25. *Peregrin. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 42. & 43. *relativè Chaſſan. d. l.* §. 1, *in verb. au Seigneur. n.* 1. *Guazzin. d, l, n.* 47. Eâdem ratione,

Vel ſub unâ jurisd. ubi tamen diverſis applic. idque ob plures Dominos.

ne,ſi uxor dederit viro ſuo caſtrum aliquod jurisdictionale,confiſcationes & quælibet emolumenta conſtante matrimonio ad virum pertinent. *arg. l. fin. ff. ſolut. matrim. Peregrin. d. l. Guazz. n. 67.*

aut ob crimen hæreſis.

179. *Hæreticorum bona* non eidem fiſco applicantur. Si enim fuerint *Clerici*, bona eorum ſpiritualia Eccleſiæ, à qua ſtipendia meruerunt, *cap. excommunicamus.* 13. §. 1. *extr. de hæret. Clem.* 2. *eod.* vel fiſco Eccleſiaſtico, in pios uſus diſtribuenda acquiruntur. *arg. l. un. C. de impon. lucr. deſcript. lib.* 10. *tit.* 35. temporalia verò & patrimonialia,fiſco Domini temporalis *Boſſ. de bon. public. n.* 64. *Chaſſan. d. l. verſ. Et appartient, n.* 2. *ibi. Item intellige &c. Guazzin. concl.* 21. *n.* 24. *& ſeqq.* Si *laici*:fiſcus Principis itidem capit. *Auth. Idem eſt. in fin. & Auth. Gazaros. C. de hæret. cap. vergentis.* 10. *d. cap.* 13. §. 1. *extr. eod. & cap. cum ſecundum.* 19. *eod. in ſext. Peregr. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 31. Per quaſdam Conſtitutiones Pontificum Innoc. & Clement. IV. quæ incipit. *Statuimus.* §. *teneatur inſuper &c.* in tres partes bona dividuntur. *Una* eſt judicis ſecularis, *altera* officialium, id eſt Epiſcopi & inquiſitoris, *tertia*, ſervatur Eccleſiæ Romanæ. *Gundiſſalvius de Villa Diego. Tractat. de hæret. apud Ziletum. quæſt.* 15. *n.* 3. *Boſſ. tit. de hæret. n.* 33. *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 104. *verſ. ubi quod ſtante &c. Guazzin. d. l. n.* 18. *ubi n.* 20. *poſt Covarruv. Var. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 12. *& Jul. Clar. Recept. ſent. lib.* 5. §. *hæreſis. verſ. Item bona condemnatorum. ibi. Sed hoc etiam &c.* monet. *In Hiſpania bona mobilia, etiam Clericorum habentium beneficia Eccleſiaſtica applicari fiſco Regio. Peregrin. d. l. n.* 31. *verſ. de Conſuetudine tamen &c. ubi in Dominio Veneto bona hæreticorum venientibus ab inteſtato conſervari dicit.*

Diverſ. effect. ſent. declarat. & cond. obſerv.

180. Nunc diverſi effectus, quos *ſententia declaratoria* præ *condemnatoria* producere ſolet, obſervandi erunt. *Vid. ſ. th.* 160. *Primus* eſt, quòd *illa* dominium declaret, ad tempus delicti retrotrahendum; *hæc* verò ita tribuat, ut ante ſententiam fiſcus nullum jus in bonis condemnati habeat. *l. poſt contractum.* 15. *ff. de donat. l. in fraudem.* 45. §. 1. *ff. de J. F. l.* 2. §. 1. *de bon. eor. qui ant. ſent. Peregr. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 13. *Guazzin. concl.* 15. *n.* 1. *& ſeqq. C. L. A. ad tit. de bon. damn. th.* 7. (2.) In *illâ* fructus veniunt percepti

cepti medio tempore à die delicti, *arg. l. ex diverſo. 35. §. 1. ff. de R V.* In *hâc* à die ſententiæ condemnatoriæ ; extantes tamen capiuntur uti delinquentis bona. *Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. n. 174. Guazzin. concl. 13. limit. 13. n. 24. limit. 25. per tot. & concl. 15. n. 17. & ſeqq.* (3.) In *illâ* hypotheca oritur fiſco à die commiſſi delicti. *Gl. in l. reſcriptum. 10. pr. ff. de pact. in hâc* à die latæ ſententiæ *l. 3. §. idem ſcribit. 11. ff. de pecul. Tepat. Deciſ. tit. 51. cap. 5. in verſ. Jus &c. in fin.* Non tamen illa hypotheca præjudicat creditoribus. *arg. l. non poſſunt. 11. l. in ſummâ. 17. l. res quæ. 22. §. 1. l. quod placuit. 37. ff. de I. F. l. un. C. de pœn. fiſcal. Boſſ. in tit. de bon. publ. n. 81. & 82. Peregr. d. l. n. 182. & lib. 6. tit. 6. n. 12. Clar. d. quæſt. 78. verſ. Sed hîc incidenter &c. Farinac. d. quæſt. 25. n. 190. Guazz. d. l. n. 19. & concl. 22. n. 5. & 8.* (4.) In *illâ* non eſt neceſſaria expreſſio confiſcationis bonorum , ſed ſolùm ſufficit; quòd talis dicatur culpabilis de delicto : in *hâc* ſpecificè debet judex bona confiſcare ; & æquè principaliter cum condemnatione corporali. *Guazzin. d. l. n. 20. & concl. ſeq. n. 12. Add. ſ. th. 11. & infr. th. 191.* (5.) In *illâ* alienationes factæ poſt delictum, in quibus bona ipſo jure confiſcantur, etiam bonâ fide & titulo oneroſo, non tenent ; licèt in *hâc* teneant. *l. ſi mancipium. 23. C. de R. V. l. 2. C. de furt. arg. l. ſuper empti. 16. C. de evict. Boſſ. d. t. n. 76. Peregrin. d. l. n. 137. Farinac. d. quæſt. 25. n. 135. Guazzin. d. concl. 15. n. 23. & ſeqq.* C. *I. A. ad tit. de bon. damnat. th. 3. n. 10.* (6.) Eadem diſtinctio in ſolutione à debitoribus faciendâ , obtinet. *l. fin. C. ad L. Jul. maj. l. reo. 41. ff. de ſolut. l. poſt contractum. 15. ff. de donat. l. aufertur. 46. §. in reatu. 6. ff. de J. F. Gl. ad d. l. 41. Boſſ. in tit. debitor an delinq. ſolv. poſſ. pr. & n. 1. Guazz. n. 31. Add. infr. th. 185.* (7.) Ubi pœna imponitur ipſo jure, tranſit ad hæredes. *l. Cajus Sejus. 22. ff. de SC. Silan. ibiq. Goth. lit. l.* cùm aliàs non tranſeat, niſi lite conteſtatâ. *l. defuncto. 6. ff. de publ. jud. l. ex judiciorum. 20. ff. de accuſ. l. ſi pœnâ. 7. ff. de pœn. l. fin. C. ſi reus vel acc. mort. Boſſ. in tit. de pœn. n. 34. & ſeqq. & tit. de accuſ. n. 35. & ſeqq. Peregrin. d. lib. 4. tit. 5. n. 1. & 7. Guazzin. d. l. n. 38. Vid. infr. th. 190. & ſeq.* (8.) In *illâ* aliqua præſcriptio contra fiſcum bonorum interim alienatorum quadriennii & ulterioris temporis non cadit , cùm aliàs obſtaret, ut quidem volunt *Boſſ. in*

 tit.

tit. de fiſc. n. 52. & ſeq. Guazzin. d. concl. 15. n. 40. & concl. 19. n. 14. Add. infr. th. 192. & ſeqq.

Vtraq; ſeſe extend. ad bona alienata. Ejus alienat. ſunt quinq; temp. Primum. ante delict. comm. qua valet, niſi

181. Non tantùm ſententia declaratoria, ſed & condemnatoria, *ad bona jam tempore incorporationis fiſcalis alienata* ſeſe extendit. Circa alienationem autem illam irrevocabili titulo factam *quinq; tempora* eſſe obſervanda ex Bart. *in l. poſt contractum. 15. ff de donat.* aliisque Dd. *in l. ſi quis. 9. C. de bon. proſcript. docet Peregr. d. lib. 5. tit. 1. n. 151.* Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 1. tit. 2. cap. 6. pr. Guazz. limit. 12. concl. 13. n. 7. Primum tempus* eſt ante delictum commiſſum: in quo alienationes quidem regulariter quocunque titulo, in quaſcunque perſonas, & quocunque crimine, etiam graviſſimo ſubſequente valent. *l. fin. C. ad L. Jul. majeſt. d. l. ſi quis poſt. 9. §. 1. & fin C. de bon. proſcript l. donationes. 31. §. fin. ff. de donat. l. res uxoris. 24. C. de donat. inter. vir. & uxor. Farinac. q. 25. n. 191. Clar. d. quaſt. 78. verſ. Solet etiam &c.*

in fraudem facta fuerit.

modò tamen nulla delinquendi ſuſpicio exiſtat, nec alienatio in fraudem fiſci metu futuræ pœnæ criminis illius, ex quo bonorum publicatio ſequitur, facta fuerit: ea enim revocatur. *l. bona 39. §. 1. l. in fraudem. 45. pr. & l. ſeq. §. 1. ff. de I. F. l. in fraudem. 11. §. fin. qui & à quib. man. arg. l. ait prætor. 10. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. l. 9. ff. de bon. damnat. Vid. ſ. th. 24. 148. & infr. th. 194. Peregrin. d. n. 151. cum 3. ſeqq. Guazz. d. l. per tot. & concl. 27. n. 18. Gomez. in reſolut. d. tom. 3. cap. 14. n. 4. Tepat. Deciſ. d. tit 301. cap. ult. verſ. Licet alienationes &c.* Stamm. *all. loc. n. 2. & 9.*

Ea evincitur vel ex veris,

182. Fraus illa *ex veris vel ex præſumptis probationibus* evincitur. Ex *veris*, quando expreſsè delinquens coram aliis dixit, ſe ideò alienare, quia delictum, ex quo bona publicanda veniunt, ſit commiſſurus. *Gomez. d. l. verſ. Et expreſſè &c.* Stamm. *d. l. n. 10. Præſumptæ* ex ſequentibus ſex conjecturis deſumi ſolent.

vel ex præſumptis probat. quæ deſum. ex 6. Conject.

1. (1.) Cùm præcedentibus inimicitiis reus *donarit omnia bona ſua, vel quaſi omnia. arg. l. omnes. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. creditor.* vel etiam *meliora* tantùm. Etiamſi à parte donatarii fraudis conſilium non intervenerit. *l. quod autem. 6. §. ſimili modo. 11. ff eod.* nec intereſt ſive unâ vice ſive pluribus. *Gl. in l. nomen. 34. §. 1. ff. de leg. 3.* ſive uni perſonæ, ſive diverſis donaverit. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. n. 10. in fin.* magisque ea conjectura

jectura in muliere procedit *arg. l. 4. §. fin. ff. ad SC. Vellej. ibiq; Gl* Idem eſt in *aliis contractibus*. e. g in emptione venditione, in quâ de facili contra emptorem omnium bonorum, ſi ea pro modico pretio facta fuerit, ex inſolito contrahendi modo præſumitur; ſecus eſt, ſi pro juſto, quia tunc emptor convinci debet *l ſi debitor. 7. l. ait prætor. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. cred.* ad quod plena probatio requiritur. *Vid. Menoch d. præſumpt* 124. *n.* 26. *& Clar. d. quæſt.* 78. *verſ. Contingit aliquantò &c.* Eâ autẽ impletâ, fiſcus ſimiliter alienata revocat, non refuſo pretio, licèt in utilitatem revocantis quoque converſum ſit. *arg. d. l. 7. & l. ſeq. ff quæ in fraud. cred.* Hæc vera ſunt in alienatione voluntariâ, fallunt in neceſſariâ. v. g. ſi pro dotandis filiabus, vel aliâ causâ fiat, in quâ fraudis ſuſpicio ceſſat. *Boſſ. in tit. de bon. publ. n.* 45. *Clar. d. quæſt.* 78. *verſ. Fraus antem &c. Peregr. d. l. à n.* 152. *usq;* 159. *Guazz. concl.* 29. *à n.* 1. *usq; n.* 14. *Gomez. loc. all. verſ. primus eſt &c.*

183. (2.) Cùm quis donat præcedente inimicitiâ. *arg. d. l. ſi quis poſthac. 9. C. de bon. proſcript. d. l. res uxoris. 24. C. de donat. inter vir.* perſonæ conjunctæ rem quoque particularem. *l. data. 27. C. de donat. l. pen §. 2. ff. de bon. libert.* Similiter, ſi vendat rem particularem fraudis participi cognato, in quo propter conjunctionem ſcientia præſumitur. *l. Octavi. 9. §. 1. ff. unde cogn. l. de tutelâ. 7. C. de in integr. reſtit. minor. Boſſ. d. l. n.* 46. *& ſeq. Peregrin. d. l. n.* 159. *Guazz. n. à n.* 21. *usq; ad ad* 30. *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 133. *Menoch. d. præſumpt.* 124. *n.* 23. *Clar. d. l. & verſ. ibi: Vel ſi facta fuerit &c. Gomez. d. l. verſ. Secundus caſus &c.* (3.) Si poſt donationem vel venditionem *alienans remanſerit in poſſeſſione* rei alienatæ fructusque perceperit, quia contractus præſumitur ſimulatus & fictitius. *l. ſicut. 8. §. ſupervacuum. 7. ff. quib. mod. pign. &c. ibiq; Goth. lit. a. l. ſi is qui. 91. ff. de acquir. hæred.* nec ſufficit ficta poſſeſſionis traditio per conſtitutum vel per precarium. *arg. l. 1. §. 2. C. de ſuffrag.* Excipe duos caſus; quando emptor ſtatim emptione factâ receſſit à civitate, relictis filiis impuberibus & ignaris dicti contractus, ubi ob ignorantiam & negligentiam emptoris in poſſeſſione ſtetiſſe videtur. *Gl. in l. Divus. 7. ff. de in integr. reſtit.* Vel quia in contractu alienans ſibi reſervavit uſumfructum. *l. quisquis. 28. C. de donat.*

2. Conj.

3. Conj.

Boſſ. in d. tit. n. 49. & 50. Clar. d. quaeſt. 78. verſ. Fraus. ibi: Vel ſi poſt &c. Peregr. d. l. n. 160. & ſeq. Gomez d. l. verſ. Tertius caſus &c. Menoch. d. l. n. 32. & ſeqq. Guazz. all. concl n. 30. uſq. ad n. 42.

4. Conject. 184. (4.) Quando alienatio eſſet facta *ſecretè, occultè vel clam*, quia tunc præſumitur facta in fraudem fiſci, timore futuri delicti. *arg. l. fin. ff. de R. N. l. non exiſtimo. 54. ff. de adminiſt. tut. Clar. d. l. ibi: pariter etiam &c. Peregr. n. 162.* Alienatio autem pluribus modis occultè facta dici poteſt, ut (1.) cum quis celaverit actum, ne adverſario, cujus controverſiam timebat, vel cui intererat, innoteſceret. (2.) ubi requiritur judicis decretum vel ſuperioris authoritas, ſi ea non intervenerit. (3.) Quando in alienatione fuerint omiſſæ ſolennitates juris vel ſtatuti. (4.) Quando inſtrumentum alienationis confectum ſit, nec deinde publicatum, ſed occultum. (5.) Quando contractus fuerit celebratus per interpoſitam perſonam. *Menoch. d. praeſ. 124. n. 44. & 45. Guazzin. d. concl. n. 42. uſq. 52. Gomez d. l. verſ. Quartus caſus &c.*

5. Conj. (5.) Cum delictum *in continenti* ſequitur alienationem, modò illud committatur ex causâ præcedente; non verò ſuperveniente, puta in rixâ inopinatâ. *arg. l. ſi ventri. 24. §. fin. ff. de privileg. credit. l. ſed Julianus. 7. §. ſi filius. 14. ff. ad SC. Maced. & cap. officij. 38. verſ. Nos autem &c. extr. de elect. Add. C. D. part. 2. tit. 11. Boſſ. d. t. n. 51. Clar. d. l. ibi: vel ſi delictum &c. Peregr. n. 163. Menoch. d. l. n. 17. & ſeqq. Gomez d. l. verſ. Quintus caſus &c. Guazz. l. cit. à n. 14. uſq. 21.* Stamm. *d. lib. 1. tit. 2. cap. 6. n. 10.*

6. Conj. (6.) In alienatione factâ *ſub conditione ſi contingat bona ejus publicari. arg. l. fin. ff. de ſtipulat. ſervor. & l. ſummâ cum ratione. 21. ff. de pecul. Add. ſ. th. 112.* quod tamen non procedit, quando non de bonis delinquentis; ſed alterius agitur. *Boſſ. d. l. n. 41. Peregrin. n. 164. Menoch. d. praeſ. 124. n. 49. & ſeqq. Guazzin. d. concl. n. 53. & ſeqq. ubi alias ſeptem conjecturas* addit. *Gomez. d. l. verſ. Sextus caſus &c.*

Secundum eſt poſt delict. comm. ſed ante accuſ. inſtit. Tert. poſt hanc inſtit. ſed ante lit. conteſt. 185. *Secundum tempus* eſt; poſt delictum commiſſum; ſed ante accuſationem inſtitutam: *Tertium*; poſt accuſationem inſtitutam; ſed tamen ante litem conteſtatam; in quibus alienationes factæ, ubi bona ipſo jure publicantur, non valent. *arg. l. nemo plus juris. 54. ff. de R. I.* niſi eæ ſint neceſſariæ, e. g. quæ directæ ſunt in renovationem & conſervationem aliorum bonorum

norum confiſcatorum, vel vero creditori, nec non pro parandis & faciendis ſuis defenſionibus; ſicut & è contrario, debitores liberantur ſolventes in cauſas neceſſarias. *arg. l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2. l. alienationes. 13. ff. famil. hercisc.* Coloni & fructuarii quoque rectè ſolvunt, quia reus interea eſt dominus & poſſeſſor. *l. ſi urbana. 55. ff. de cond. indeb. arg. l. ſi debitori. 47. §. 1. ff. de fidej. Boſſ. in tit. an debit. delinq. ſolv. poſſ. n. 1. & 2. Clar. d. quaſt. 78. verſ. Caterùm &c. Add. ſ. th. 180. n. 5.* Non valet item alienatio, ſi in fraudem fiſci metu futuræ condemnationis facta arguatur, verè vel præſumptivè ex conjecturis ſupra relatis: Nam fiſcus ea revocat. *d. l. ſi aliquis. 7. ff. de mort. cauſ. don. d. l. 45. ff. de J. F. l. ult. in fin. ff. de bon. damn. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. à n. 165. uſq; 180. Guazzin. d. concl. 13. limit. 13. à n. 1. uſq; 37. Gomez. d. l. verſ. ſi verò talis reus &c.* Stamm. *d. l. cap. 6. n. 9. & 13.*

186. *Quartum*; poſt litem conteſtatam, ante ſententiam: quo quidem, ubi reo bonorum adminiſtratio non interdicitur, quod fieri videtur, ſi is in carceribus præſentatus fuerit, alienatio valida eſt; voluntaria tamen ſemper in fiſci fraudem præſumitur, ſive ex cauſâ lucrativâ, ſive ex cauſâ oneroſâ, facta fuerit, modò emptor hoc caſu reum accuſatum ſciverit. *d. l. ait Prator. 10. §. 3. ff. qua in fraud. credit. Peregr. d. l. n. 180. Farinac. d. quaſt. 25. n. 110. Clar. d. quaſt. 78. verſ. Et hac omnia &c. Tepat. Deciſ. tit. 301. cap. ult. verſ. Reus uſq; &c. Guazzin. d. l. n. 38. cum 4. ſeqq. Gomez. d. l. verſ. Quod extende &c.* Stamm *cit. loc. n. 11.* *Quartum, poſt lit. conteſt ante ſententi.*

Quintum denique tempus eſt, poſt ſententiam confiſcatoriam latam: in quo alienatio bonorum non valet, non modò, quod notoriè ſit ſuſpectus ita alienans, ſed quia poſt latam ſententiam, ſi non fuerit appellatum, reus dominus eſſe deſiit. *d. l. poſt contractum. 15. ff. de donat.* eâ verò introductâ, ſuſpenditur quidem vis ſententiæ. *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turp.* interimque valet alienatio; ſed ſecutâ ſententiæ confirmatione judex appellationis per viam attentati eam revocabit; nullâ differentiâ habitâ, in fraudem facta fuerit, nec ne. *l. chirographis. 57. §. fin. ff. de adminiſt. tutor. Ita poſt Bart. in d. l. poſt contractum.* docet *Peregr. d. l. n. 181. & ſeq. Clar. d. quaſt. 78. verſ. Si verò alienatio &c. Farinac. quaſt. 25. n. 193. Guazz. l. cit. n. 43. & ſeqq.* Stamm. *d. l. n. 12.* *Quintum, poſt ſententiam.*

CAP. VII. ET ULTIMUM.

De Juris Caducarij diſſentaneis.

Contraria reſpiciunt, vel res & actiones fiſco delatas, Ejus generis ſunt. 1. Cautela.

187. CONTRARIA ſive *diſſentanea Juris Caducarij* reſpiciunt vel *res & actiones fiſco delatas & non incorporatas*; vel *res & actiones fiſco incorporatas & acquiſitas. Prioris generis ſunt.* Primò, illæ *cautelæ*, quæ à Dd. proponuntur ad evitandam bonorum confiſcationem. Quarum *prima ac tutiſſima* illa eſſe dicitur, Ut unusquisque ſe abſtineat à criminibus & ab illicitis quæſtibus; fiſcus enim omnium & quorumcunque malè ablatorum ſaccus dicitur. *Guazzin. concl.* 37. *n.* 1. (2.) Ut quis bona ſua ſubjiciat fideicommiſſo vel reſtitutioni; *ſecundum d. l. Statius.* 48. §. 1. *ff. de J. F. Vid. ſ. th.* 103. *Guazzin. d. l. n.* 2. 3. & 4. (3.) Ut teſtator expreſsè prohibeat bonorum alienationem, in caſu delicti, pro quo bonorum publicatio veniet, & ſimul hæredem exhæredet, aliis ei ſubſtitutis, quod facere poteſt. *arg. l. in re mandata.* 21. *C. mand. l. legem.* 10. *C. de pact. & l. codicillis.* 18. *ff. de ann. legat. Boſſ. de bon. publ. n.* 30. *& ſeqq. Peregr. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 103. *Guazzin. d. l. n.* 7. 8. *& ſeqq.* Similes cautelæ ſunt: Si pater prohibeat alienationem bonorum ratione familiæ, vel bona inter hæredes uſque ad certum tempus dividi; & in eo aliquem delinquere contingat. *Farinac. d. quaſt.* 25. *n.* 31. *Guazzin. d. l. n.* 11. 12. & 13. *Vid. ſ. th.* 121.

188. (4.) Ut fiat donatio omnium bonorum à marito uxori ſuæ causâ mortis. *Guazzin. d. l. n.* 14. *cum ſeqq. Vid. ſ. th.* 127. (5.) Ab acquiſitionibus delatis poſt delictum à reo tamen recuſatis fiſcus excluditur. *l. cum quidam.* 26. *ff. de J. F. arg. l. quod autem.* 6. *ff. pr. quæ in fraud. creditor.* niſi bona ſint ipſo jure publicata. *arg. l. in fraudem.* 45. *pr. ff. eod. Peregr. d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 190. *Guazzin. d. l. n.* 19. *& ſeqq. Tepat. Deciſ. tit.* 51. *cap.* 6. *verſ. in bonis &c. Vid. ſ. th.* 120. (6.) Ut teſtator condemnatum exhæredet. *arg. l. multi.* 18. *ff. de liber. & poſthum. ibiq. Goth. lit. i. Add. ſ. th.* 130. Et alios inſtitutos roget, totam hæreditatem, vel ejus partem ipſi, quandoque reſtituto reſtituere. *Add. Jul. Clar. in*

in §.

in §. Teſtamentum. quæſt. 41. n. 1. & ſeq. Capollam. de Cautel. cautel. 122. Guazzin. d. l. n. 22. & 23.

189. (7.) Cautelam illam, quâ fiſcus condemnationem filii uſque ad mortem patris differendo, quò in illis bonis etiam ſuccedere poſſit. *Boſſ. d. tit. de bon. publ. n* 28. *& ſeqq.* filiusfamiliâs ante ſententiam renuntians ſucceſſioni tollit. *Boſſ. d.l. n.* 28. *Tepat. Deciſ. tit.* 301. *cap.* 8. *in fin. Guazzin. d. l.n.* 24. (8.) Confiſcationem quæ ipſo jure fit, pater per exhæredationem filiifamiliâs quinque vel ſex dies ante cogitationem delicti factam, in bonis ejus excludit. *Guazzin. d. concl. n.* 25. *ubi in ſeqq. ſimiles cautelas ponit, quibus adhibitis, Trebellianica, Legitima, Feuda, Majoratus & Emphyteuſis è manibus fiſci conſervari poſſunt.*

190. *Secundò* Juri Caducario adverſatur *mors rei delinquentis. arg. l. defuncto.* 6. *ff. de publ. jud. l.* 2. *ff. de bon damnat. l.* 1. *ff. ſi pend. appell. l.* 1. §. *ult. ff. de requir. reis. l. eorum.* 10. C. *de I.F. Jul. Clar. l.* 5. §. *fin. quæſt* 51. *verſ. Ulteriùs quæro &c. Farinac. quæſt.* 20. *n.* 36. *Guazzin. concl.* 18. *n.* 1. C. *I. A. ad tit. de accuſ. th.* 26. *n.* 1. *Add. ſ. th.* 180. *n.* 7. Et hoc procedit, ſive reus publico ſive privato judicio accuſatus ſit. *Gl. in d l.* 20 *ff, de accuſ.* de crimine, quod vel ipſe commiſit, vel aliis mandavit, pendente accuſatione; præterquam ſi mortem ſibi conſciverit. *l.* 3. *pr. &* §. 1. *ff. de bon. eor. qui ante ſent. l.* 5. *C. ſi accuſ. vel reus. Peregr. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 1. *verſ. Etiam quod &c. Perez. ad* Cod. *tit. ſi reus vel acc. n.* 2. *Vid. ſ. th.* 34. Idem obtinet in commiſſis. *l. interdum.* 16. §. *pœna.* 13. *ff. de publican. Add. ſ. th* 38. Nec intereſt, etiamſi reus deceſſiſſet in cuſtodiâ & vinculis. *l. in fraudem.* 45. §. 1. *ff. de* I. *F. d. l.* 3. §. 7. *ff. de bon. eor. qui ant. ſent. Peregrin. d. l. n.* 2. *verſ. Amplia etiam &c.* *2. Mors rei delinquentis.*

191. Appellatione quoque, ſive à reo condemnato, niſi ſententia principaliter ratione bonorum per conjunctionem *Et*, non item ſi cum præpoſitione *Cum* lata fuerit. *l.* 3. *C. ſi pendent. app. l. ult.* C. *ſi reus vel accuſ. mort. fac. l. qui à latronibus.* 13. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. Perez. ad. d. t. ſi reus vel accuſ. &c. Peregrin. d. l. n.* 40. *&* 47. *Guazzin. d. l. n.* 7. 14. *& ſeqq. Jul. Clar. lib.* 5. § *fin. quæſt.* 94. *verſ. Sed pone &c. Tepat. Deciſ. tit.* 301. *cap.* 2. *verſ. Extincta &c.* ſive ab actore reo abſoluto atque poſtea defuncto, factâ. *arg. d. l.* 20 *ff. de accuſ. Peregrin. d. l. n.* 48. *Guazz. d. l. n.* 20.

idem

idem dicendum. Quamvis hæredes rei intra decendium defuncti appellare teneantur. *arg. l. fin. §. ult. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. &c. l. res quæ. 22. pr. ff. de l. F.* eo enim elapſo ab illo beneficio excluduntur. *Goth. ad. d. l. 20. ff. de accuſ. lit. n. l. filio. 31. §. 2. ff. de adim. legat. Peregrin. d. l. n. 38. & 39. Guazzin. d. l. n. 8. & 9.* Excipitur tamen crimen læſæ majeſtatis Divinæ & humanæ. *l. 4. §. 4. C. de heret. l. ult. C. ad L. Jul. maj.* Item crimen repetundarum. *d. l. 20. ff. de acc. Perez. d. tit. ſi reus vel accuſ. n. 4. Add. Gl. in d. l. 20. ubi 9. caſus refert. Peregr. d. lib. 4. tit. 5. ubi. 17. habet. & Guazzin. d. concl. 18. ubi 34. Limit. adducit. Et ſ. th. 180. n. 7.*

3. *Praſcriptio.* 192. *Tertiò* confiſcationem *præſcriptio* impedit. *Guazzin. concl. 19. n. 1.* Ea autem impletur, vel à *tertio*, cum titulo & bonâ fide, diutinâ poſſeſſione. *§. 6. Inſt. de uſucap. l. quamvis. 18. ff. eod. ibiq; Gl.* nec diſtinguitur inter præſentem & abſentem. *Peregrin. lib. 6. tit. 8. n. 31.* Vel ab *ipſo reo*: tempore 20 annorum, exceptis illis cauſis, in quibus minora ſervari ſpecialiter conſtitutum eſt. *l. in omnibus. 13. ff. de diverſ. & tempor. præſcript. ibiq; Gl. l. 1. §. 3. ff. de J. F. l. 3. ff. de requir. reis. Boſſ. in tit. de bon. publ. n. 78. Peregr. n. 32. Farinac. d. quæſt. 25. n. 161. & 163. verſ. Secus crederem. Fachin. lib. 9. controv. 54. Gomez. d. Tom. 3. cap. 14. n. 5. C. l. A. ad tit. de J. F. th. 31.* Nec intereſſe videtur, ſive bonæ, ſive malæ fidei poſſeſſor ſit; *tùm* quia *text. ſ. all.* ſimpliciter loquantur: *tùm* quia in foro conſcientiæ, pœnæ ante condemnationem non debeantur. *Gl. percelebris in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. quam ad id allegat Peregrin. d. l. n. 35.* Accedit, quod non *tàm* favor aut factum præſcribentis, *quàm* potiùs odium ſeu negligentia non agentis non attendatur; ut in ſimili præſcriptionis genere. *ex cap. placuit. 15. §. præſcriptionem. cauſ. 16. quæſt. 3. loquitur C. l. A. ad tit. de uſucap. th. 19. n. 4. in fin.*

193. Nonnunquam tamen ultra 20 annos actio extenditur; ut puta, (1.) ſi lis ſemel mota vel conteſtata fuerit: quo caſu, ſi ea à delatore priore ultra id tempus trahitur, ab alio etiam deferri poteſt. *L. 1. §. 4. ff. de J. F. arg. l. 2. C. de vect. & comm. C. l. A. ad tit. de J. F. th. 32.* (2.) Si confiſcantur bona, quæ condemnatus ab Eccleſiâ ipsâ Romanâ in feudum, vel alio modo retine-

retinebat. *Nov. 9. 111. & 131. cap. 6. cap. ad audientiam. 13. cum ſeqq. extr. de præſcript. Fachin. in controv. lib. 8. cap. 3. verſ. Reſtat de Romanâ Eccleſiâ. Add. Ritterſ. in expoſit. Nov. part. 11, cap. 1. n. 20. uſq, ad fin.* ſecùs obtinet in aliis rebus, *Farinac. d. quæſt. 25. n. 158. Guazzin. d. concl. 19. n. 11.* quamvis caſu ſingulari, favore fidei, hæredes hæretici defuncti, qui communiter pro orthodoxo reputabatur, præſcribant 40 annorum ſpatio. *cap. 2. de præſcript. in ſext. Peregrin. d. lib. 6. tit. 8. n. 42. verſ. Fallit &c. Gomez. d. Tom. 3. cap. 14. n. 5. verſ. Nec obſtat. &c. Farinac. d. quæſt. 25. n. 163.*

194. Minora tempora, per quæ bona adverſus fiſcum præſcribi poſſunt, ſunt: *Primò, annus*: in crimine repetundarum à morte delinquentis, vel à tempore, quo ab adminiſtratione deceſſit. *l. 2. ff. ad L. Jul. repetund. l. 5. C. eod Peregrin. lib. 4 tit. 5. n. 31. Guazzin. concl. 18. n. 77. & d. concl. 19. n. 4. C. l. A. ad tit. de Lege Jul. repet. th. 5. n. 3. Secundò, quadriennium*: ut in cauſis bonorum vacantium. *l. 1. §. 2. ff. de J. F. l. 1. C. de quadr. præſcript. ibiq, Goth. lit. l. l. quia autem. 6. §. certè. 7. ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. &c. Peregrin. d. lib. 6. tit. 8. n. 40. C. l. A. ad tit. de diverſ. & temp. præſcript. th. 11. n. 24.* Sic & eo caſu, quo bona petuntur à tertio poſſeſſore, tanquam alienata in fraudem. *Vid. ſ. th. 24. 148. & 181.* videtur, quòd peti debeant intra annum utilem. *l. 1. pr. & l. 10. ff. quæ in fraud. credit.* loco cujus hodiè datur quadriennium. *arg. l ult. C. de temp. in integ. reſtit. Farinac. d. quæſt. 25. n. 164. Gomez. d. Tom. 3. cap. 14. n. 5. Vid. ſ. th. 164. Tertiò, quinquennium*: (1.) in crimine apoſtaſiæ, poſt mortem delinquentis. *l. 2. C. de apoſt. ibiq, Goth. lit. b. Peregr. d. lib. 4. tit. 5. n. 32. Guaz. d. concl. 19. n. 3. Vid. ſ. th. 26.* (2.) In crimine adulterii, ex eo die, ex quo id admiſſum, *l. mariti. 29. §. quinquennium. 7. ff. ad L. Jul. de adulter. l. adulter. 5. & l. ita nobis. 28. C. eod. Weſenbec. ad tit. de adulter. n. 18.* (3.) In crimine peculatus & de reſiduis. *l. peculatus. 7. ff. ad L. Jul. pecul ibiq, Goth. lit. u. ubi ſimul notat, ex Papon. 2. Notab. 7. du crime du peculat, habitâ ratione hujus criminis, quo publica utilitas impugnatur, tricennio tantùm præſcribi. Peregr. d. l. n. 31. in fin. & Guazzin. d. concl. 19. n. 4.* (4.) In crimine, quod punitur ex SC. Silan. *l. in cognitione. 13. ff. ad SC. Silan. Goth. ad d. l. 12. C. de falſ. lit. c. Peregr. d. lib. 6.*

 tit. 8.

tit.8.n.37. (5.) In delatis vel commiſſis ob vectigal non ſolutum *l.2. C. de vectig. & commiſſ. Peregrin. d. l. n.38. Farinac. d. quaſt.25. n.163. C. l. A. de diverſ. & temp. praſc. th. 11. n.25.* (6.) In omnibus fortè cauſis, in quibus reus poſt mortem damnari poteſt. *arg. d. l. 2. C. de apoſt. Gl. ſingularis in l. 4. C. de haret. Capoll. conſ. Criminal. 7. n. 7. Peregrin. d. lib. 4. tit. 5. n. 33. & d. lib. 6. tit. 8. n. 39. verſ. Quamobrem &c. Guazzin. d. concl. 19. n. 2. Gomez. d. Tom. 3. cap. 14. n. 5. verſ. Sed his non obſtantibus. Farinac. d. quaſt. 25. n. 158.*

4. Donatio bon. caduc. à Principe facta. 195. *Quartò* incorporationem bonorum caducorum tollit, quando ea Princeps, *ſponte & motu proprio*, *Add. ſ. th. 88. pracedente cauſa cognitione & ſententiâ alicui donaverit*, hæc enim liberalitas (quæ quidem ſæpius contra utilitatem publicam atque ærarium adjuvandum exerceri ſolet, *conquerente Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 136. n. 50.*) adhuc hodiè concedi poteſt. *l.1. in fin. C. de petit. bon. ſupl.* cùm è contrario ea, quæ deſideranti atque poſcenti conceſſa fuerit; fiſci maneat; adeò, ut non tantùm conceſſio illa quolibet modo impetrata non valeat, verùm etiam magiſtratus & officiales Palatini proſcriptione bonorum puniantur. *l. 2. C. d. t. Add. Sixtin. de Regal. d. lib. 2. cap. 9. n. 35. & ſeqq. Peregrin. lib. 1. tit. 3. n. 35. & 37. Perez. ad Cod. tit. de petit. bon. ſubl. per tot. C. l. A. ad tit. de J. F. th. 21. n. 2.*

Diſſent. qua reſpiciunt res & action. incorpor. ſunt reſtitutiones. 196. *Diſſentanea*, quæ reſpiciunt, *res & actiones fiſco incorporatas & acquiſitas*, ſunt *reſtitutiones* damnatorum adverſus ſententiam, factas à ſupremo Principe. *l. 4. in fin. l. moris. 9. §. iſta. 11. l. Divi fratres. 27. pr. l. ad beſtias. 31. ff. de pœn. l. 1. §. ult. ff. de quaſt.* non verò à Judice inferiore. *l. acta. 45. §. 1. ff. de re jud. Peregr. lib. 5. tit. 2. n. 2. & ſeqq. C. l. A. ad tit. de ſentent. paſſ. th. 4. Perez. eod. n. 1.*

Ea pendent vel à juſtit. Eæ pendere ſolent, vel à *juſtitiâ* vel *Principis gratiâ*. *Boſſ in tit de Remed. juſtit. contr. ſentent. n. 1.* Ex *juſtitiâ reſtitutio* tunc dicitur, quando ſententia ſit juridicè lata, puta, ſi reus præcedentibus indiciis tortus, tortus faſſus, & ita ſervatis ſervandis damnatus fuerit; poſteaque de innocentiâ ejus appareat: Non verò, ſi ſententia ſit tyrannicè lata, & ex proceſſu, vel nullo, vel inordinato appareat, reum eſſe innocentem, condemnatumque animo doloſo, ut bonis ſpolietur. *Priori caſu* obtinet remedium extraordinarium *ex d. l. 1. §. fin. ff. de quaſt.. & l.*

Divi.

Divi. 27. *ff. de pœn. poſteriori* ordinarium, reintegrandi ſcil. reum ad poſſeſſionem bonorum ſuorum. juxta *cap. conquerente.* 7. *extr. de reſtit. ſpoliat.* ſententiâ illâ juris carente effectu. *Clem. paſtoralis de re judic. verſ. Ut igitur &c. Boſſ. d. l. n.* 7. *&* 8.

197. Eo autem modo reſtitutus, intelligitur ad omnia, quæ per ſententiam ablata fuerunt, & ſic ad plenariam reſtitutionem. *arg. l.* 1. *C. de ſentent. paſſ. & reſtit. l.* 1. *ff. eod. arg. l. ſi hæres.* 70. *ff. ad SC. Trebell. & l.* 12. *C. d. t. de ſent. paſſ. Peregrin. d. tit.* 2. *n.* 19. *& ſeqq. & n.* 58. *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 180. *Guazzin. concl.* 28. *n.* 11. 15. *&* 17. *Perez. ad tit. de ſentent. paſſ. n.* 8. *C. I. A. eod. tit. th.* 3 *verſ. Hujus reſtitutionis effectus &c.* Et tunc ea reſtitutio quoque trahitur ad bona jam alienata, quod aliàs fieri non ſolet. *arg. l. quod ſi minor.* 24. §. 4 *ff. de minor. Nell. in tract. de bannit.* 1. *part.* 3. *temp.* 11. *quæſt. in fin. Boſſ. in tit. de remed. ex ſol. clement. princ. n.* 3. *Peregrin. d. l. n.* 44. *Guazzin. n.* 52. *Gaill. de P. P. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 23. Quæ ſi ampliùs haberi nequeant, pretium eorum à fiſco facto locupletiori peti poteſt. *arg. l. arbitrio.* 18. *ff. de dol. & l. ſed etſi.* 25. §. *item ſi rem.* 17. *ff. de hæred. petit. Nell. de bann. d. l.* 6. *quæſt. Clar. in d.* §. *fin. quæſt.* 59. *verſ. Item quæro &c. Gaill. d. l. n.* 21. *& ſeqq. Fachin. lib.* 9. *contr. cap.* 18. *Guazzin. d. l. n.* 58. *Perez. d. l. n.* 5. Quamvis ea, quæ tertius pro jure dominii conſumpſit, imminuit, bonâ fide donavit, exigere. *arg. d. l. ſed etſi.* 25. §. *conſuluit.* 11. *ff. de petit. hæred.* item, in juriſdictionibus, conceſſiones, judicia, & ſimiles actus interea factos, cum multorum incommodo annihilare, iniquum ſit. *arg. l* 3. *ff. de Off. prætor. Weſenbec. in tit. de ſentent. paſſ. n.* 3. *Perez. ad Cod. eod. tit. n.* 5. 6. *&* 15. *Quâ reſtit. omnia recuperat.*

198. Reſtitutionem, quæ per *gratiam* ſive *indulgentiam* contingit, Princeps non niſi ex magnâ & publicâ causâ, magisque ut jus fiſci ſui deminuat, quàm jus partis remittat, concedere debet. *l. ſi operis.* 14. *C. de pœn. cap. deniq.* 10. *cauſ.* 14. *quæſt.* 5. *Perez. ad Cod. tit. de ſent. paſſ. n.* 1. *&* 2. *C. I. A. eod. tit. th.* 1. *Struve Syntagm. Jur. Civil. Exercit.* 49. *th.* 111. Hinc ea quoque ſtrictè accipienda: Si enim indulgentia *ſimplex facta* ſit, reos tantùm liberat pœnâ & calumniâ. *l.* 2. *C. d. t. de ſentent. paſſ.* patriam & reditum exulibus ſeu deportatis tribuit. *l. generaliter.* 7. *C. eod.* *Vel à gratiâ.* *Quæ iterùm vel ſimplex.*

eod. non autem dignitatem, honorem, ordinem. *l.* 3. *C. de abolit. general. ibiq; Goth. lit. b. l. filij.* 21. §. 4. *ff. ad municip.* Neque bona. *l.* 4. *C. de bon. proſcript. l.* 2. *ff. d. t. de ſent. paſſ. l.* 2. *ibiq; Goth. lit. r. l.* 4. *& l. ſeq. C. eod.* ita ut inde nec à creditoribus nec publico nomine conveniri poſſint. *l.* 3. *C. eod.* & quæ ſunt ſimilia, reſtituit. *Nell. d. tract. de bann.* 1. *part.* 3. *temp.* 4. *quæſt. Weſenbec. d. l. n.* 3. *Boſſ. in tit. de remed. ex ſol. clement. Princ. n.* 1. *Peregr. d. l. n.* 17. *Farinac. d. quæſt.* 25. *n.* 179. *Tepat. Deciſ. tit.* 301. *cap.* 7. *verſ. Confiſcatione bonorum &c. Guazzin. d. concl.* 28. *n.* 3. *& ſeqq. ubi latè hanc materiam, ampliat. limitation. & ſublimitationibus tractavit. Gaill. lib.* 2. *de P. P. cap.* 19. *n.* 8. *Schneid. in Comm. ad* §. 1. *Inſt. quib. mod. jus P. P. ſolv. n.* 16. *Perez. d. l. n.* 12. *&* 13. *C. I. A. d. l. th.* 2.

vel ſpecialis, plena.

199. *Specialis reſtitutio* (ratione effectus & poteſtatis) eſt vel *plena vel pleniſſima. Illa* fit certis conditionibus & qualitatibus, cùm in ſpecie expreſſis verbis, quæ in reſtitutionem venire debent, reſtitui jubeantur: ubi reſtitutus non ultra conſequitur, quàm fuerit expreſſum. *arg. l. in agris.* 16. *ff. de A. R. D. l.* 2. *ff. de his quæ in teſtam. del. & l. cum prætor.* 12. *ff. de judic. Peregr. d. l. n.* 32. *Guazzin. d. l. n.* 18. *&* 19. *Exemplum* proponitur, præter alia, quæ in LL. occurrunt. *in l.* 2. *ff. l.* 2. *&* 3. *C. de ſentent. paſſ.* in quibus ſpeciale beneficium bona ſua recuperandi impetratur. *C. I. A. ad d. tit. th.* 3. *n.* 1. In his tamen non intelliguntur bona per fiſcum alienata, vel quæ ex diſpoſitione legis, ut in feudo, majoratu, emphyteuſi, fideicommiſſo, & aliis ſimilibus ad tertium poſſeſſorem devenerunt. *arg. l.* 2. §. *merito.* 10. *&* §. *ſi quis à Principe.* 16. *ff. ne quid in loc. publ. l.* 4. *C. de emanc. liber. cap. quamvis.* 8. *de reſcript. in 6to. Nell. in* 1. *part.* 3. *temp.* 4. *quæſt. Boſſ. d. t. de remed. ex ſolà clement. n.* 12. *&* 13. *Peregrin. d. l. n.* 34. *& ſeqq. Guazzin. d. l. n.* 20. *& plures ſeqq. Gaill. de P. P. d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 3. *& ſeqq. Schneid. d. l. n.* 10. Modò tamen non clarè conſtet, vel de mente Principis, volentis habere gratiatum etiam bona alteri acquiſita. *arg. l. Lucius.* 11. *ff. de Evict. l. item ſi verberatum.* 15. §. 2. *ff. de R. V.* vel in ultionem injuriæ immediatè tertio non eſſe quæſita. *l.* 1. §. *fin. ff. de bon. poſſ. contra tabb. l. ſive.* 21. *ff. de jur. patron. l. fin. C. de ſentent. paſſ. Peregrin. d. l. n.* 54. *verſ. In hac Dd. varietate.*

varietate. Guazzin. d. l. n. 27. 28. & 30. Deinde non intelliguntur fructus medio tempore percepti. *Auth. Idem eſt. C. de haret.* C. O. p. 3. t. 46. §. Wo auch. *circ. fin. Nell. d. l. quaſt.* 7. *Guaz. n.* 32. *Gaill. n.* 28. *Roding. in pand. Cam. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 27. Nec jura per illius damnationem penitùs extincta, ut uſusfructus. *d.* §. 3. *Inſt. de UF.* & annuus reditus *arg. l. intercidit.* 59. *ff. de condit. & demonſt. per regulam in l. qui res.* 98. §. *aream.* 8. *ff. de ſolut. Peregrin. d. l. n.* 77. *Guazz. n.* 42.

200. *Pleniſſima reſtitutio* eſt, quæ rem in priſtinum ſtatum reponit, ita ut tantùm ad reſtitutionem indulgentia valeat quantùm ad correctionem ſententia valuit; utque deportationis nomen per ſe ipſum, rerum omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ reſtitutio bonorum ac dignitatis uno nomine amiſſorum omnium recuperatio. *text. in l.* 1. *l. ult.* §. *fin. C. de ſent. paſſ. Gaill. ſ. all. l. n.* 1. Ea verò concedi ſolet. (1.) Cùm quibusdam rebus in reſtitutionem venientibus ſpecialiter expreſſis ſubjiciatur clauſula generalis: ET OMNIBUS CÆTERIS TE RESTITVO: *ut in d. l.* 1. *C. h. t.* (2.) Si quis ſpecialiter priſtinum ſtatum, (ut ſi Princeps dixerit, Reſtituo te in integrum. *arg. l.* 3. *ff. de conſt. Princ.*) cum OMNIBUS BONIS recuperare jubetur. *ut in l.* 4. *in fin. & d. l.* 12. *C. eod.* (3.) Quando Princeps in formâ pleniſſimâ apponat verbum; PLENE, PLENIUS, PLENISSIME, vel verba geminata, vel ſi fuerit dictum, PER OMNIA, ita ut nihil ei opponi poſſit. Sic poſt *Oddum de reſtit in integrum quaſt.* 99. *art.* 12. *n.* 108. *& ſeqq. alioſq; qui de verbis iſtis latè ſcripsêre allegatos Peregr. d. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 55. *Guazzin. d. l. n.* 53. *Perez. d. l. n.* 7. Effectus eſt, ut præter honorem, dignitatem & bona, etiam fructus, item bona, tàm nondum acquiſita, quàm in tertium aliquem alienata reſtitui debeant. Hæc tamen non propriâ authoritate adipiſci, ſed adverſus poſſidentes per juris remedia experiri convenit. *arg. l. exſtat.* 13. *ff. quod met. cauſ. l.* 7. *C. und. vi. l. ſi qua militi.* 40. §. 1. *ff. ex quib. cauſ. maj. Peregrin. d. l. n.* 55. *& ſeqq. Boſſ. in tit. de Remed. ex ſol. clement. n.* 12. *& in tit. de Principe. n.* 48. *Guazzin. d. l. n.* 34. & 54. *Perez. d. l. n.* 6. *Gaill. d. l. n.* 6. 26. *& ſeqq. Add. ſ. th.* 197. Pleniſſima.

Reliqua quæ ſupereſſe videri poſſint, his addere vel ſubjicere non licuit, dum temporis atque inſtituti quoque ratio habenda; quæ me ad alia vocans, facultatem etiam hiſce theſibus ex ampliſſimâ uſuque frequentiſſimâ materiâ depromptis exactiorem limam adhibere denegavit. Interea, calidiſſimo illo voto, quod in frontiſpitio habui, hic repetito; nempe ut Benevolus Lector huic meo conatui favere velit: finio.

DEO verò TER OPTIMO MAXIMO
pro Divinâ ſuâ Adſiſtentiâ,
ſit
LAUS HONOR ET GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE